*) Sane quod Paulinus ep. XLI, 1 ad Sanctum (scr. c. a. 407) dicit: „legimus in tergo epistulae adnotationem epistularum, quas meas esse indicastis. nam uere prope omnium earum ita inmemor eram, ut meas esse non recognoscerem, nisi uestris litteris credidissem. unde maius accepi documentum caritatis uestrae, quia plus me nobis quam mihi notum esse perspexi": hoc ad epistulas Nolanas pertinet, nec credi potest Paulinum earum, quas ad Ausonium scripserat antea, obliuionem cepisse eandem. sed tamen minus etiam has eum quam Nolanas seruasse neque in scriptorum suorum seriem redigendas curasse consentaneum est. — ceterum ex Paulini carminibus, quae sunt in Vossiano, ea recepimus, quae scripta sunt eo tempore, quo coniuncti erant Ausonius et Paulinus, cognataque quodam modo cum Ausonianis ex Ausonii chartis oriunda uideri possunt.

(XXIII) et XXVIIII (XXV)). igitur conlectionis quae est in *Π* conditori (quem Florum fuisse Lugdunensem diaconum suspicati sumus, utriusque familiae exemplaria prompta fuerunt: quam fuerit secutus eligendi ex alterutra rationem, non satis liquet.

Symmachianos libros, quibus quas Symmacho Ausonius, Ausonio Symmachus scripsit, traditae sunt epistulae, infra indicaui p. 141 et 220. Ausonianorum librorum maior multo in eis auctoritas, quam Seeckius iusto saepius deseruit, ego restitui. ceterum Ausonii epistulam in Symmachiana conlectione ab initio positam fuisse inde probatur, quod Ennodius Ausonianae conlectionis ignarus non solum ex hac, sed ex ipsius Symmachi et ad Ausonium et ad alios epistulis quaedam exscripsit (Ueberl. p. 192. unde corrigenda quae dixi p. 321).

Secuntur deriuati ex archetypo, priusquam abreptus est Mosella, libri Bobienses cum Veronensibus et Excerptorum Ausonianorum, qui unum olim effecerunt uolumen.

B. LIBRI BOBIENSES VERONENSES

P 1) *Parisinus 8500* membr. s. XIIII in Italia scriptus, foliorum 105. olim fuit Domini Francisci Petrarchae (uid. LDelisle, Cabinet des manuscrits I 139), post Ticini in Vicecomitum bibliotheca, unde in Gallias translatus est c. a. 1500.*)

Mythologiam Fulgentii sequuntur haec Ausoniana:

f. 14r Epistola decii Magni Ausonii ad Drepanium proconsulem. de ludo septem sapientum. Rca

Explicit ludus .VII. sapientum. | incipiunt eorundem

*) cf. Laurentii Pignorii Symbolarum epistolicarum liber, Patauii 1628, ep. XVI p. 54: „Ego sane scio Bibliothecam Ticinensem, nobile illud Vice-Comitum Ducum Mediolani monumentum, translatum in Gallias a Ludouico rege Anno MD. Vrbem Blesensem nobilitasse, et Gallicanas Bibliothecas locupletasse, teste Leonardo Maniaco Lib. IV Historiar."

nomina atque sententie — Expliciunt nomina et sententie septem sapientum R̸ (*uid. infra p. 181 sq. not.*)

f. 16ʳ (Periochae *nullo titulo*)
Finiunt periocha yliades | Incipit ////ocha odissie.

f. 20ᵘ Viro illustri Ausonio Paulinus [*Paulini c. X 1—102, infra Ep. XXXI*]

f. 21ʳ Ausonio Paulinus [*Paulini c. XI, infra Ep. XXX*]
(Ausonio Paulinus. *om. tit.*) [*Paulini c. X 103—331*]

f. 22ᵘ Epistola decii magni ausonii ad paulinum R̸ca [*Ep. XXVIII (XXIII 416)*]

f. 23ʳ Alia epl'a eiusdem ad eundem [*Ep. XXVII (XXIIII 417)*]

f. 23ᵘ Finit epl'a. Incipit alia eiusdem ad eundem R̸ [*Ep. XXVIIII (XXV 418)*]

f. 24ʳ Explicit. Epl'a symmachi ad ausonium [*Ep. I*]

f. 24ᵘ Responsio Ausonii ad symmachum R̸ [*Ep. II (XVII. 407)*]
Rnsio ausonii ad symmachum. Symmachus ausonio [*Ep. III*]

f. 25ʳ Explicit epᵃ symmachi. Incipit epistola theodori augusti [*Praef. III.*]
Responsiua ausonii ad theodosium augustum R̸ca [*Praef. IIII 469*]

f. 25ᵘ. Explicit. Epistola ausonii ad symmacum [*Griphi praef. 335*]
Finit epistola. Incipit gripus ternarii numeri [*Griphus 336*]

f. 26ʳ Eiusdem προcοποιcια in chartam [*epigr. 1 (34)*]
Explicit προcοποιcια. Incipit epistola ad esperium filium [*Protreptici praef. = Ep. XXII. 321*]
Explicit epl'a Incipit προτρεπτικοc ad Ausonium nepotem. [*Protrept. 322*]

f. 26ᵘ Explicit protrepticos. Incipit eiusdem decimi magni ausonii genethliacos ad eūc'm̄ ausonium nepotem [*Genethl. = Ep. XXI 323*]
Explicit genethliacos Incipit egloga eiusdem de ambiguitate uite elegende *etc.* [*Ecl. II. 362*]
Haec quidem poetagorica est apofasis *etc.* [*uid. p. 89*]; *sequuntur*

f. 27ʳ Prudentii de natura animae [= *Apotheos. 782 sqq.*]

f. 28ʳ Incipiunt uersus pascales Decii Magni Ausonii [*317*]
Finiunt uersus pascales. *sequuntur*
Prudentii de fide [= *Apotheos. 1 sqq.*]

f. 29ʳ Decii magni ausonii cathalogus urbium nobilium. [*285—298*]

f. 29ᵘ Explicit decii magni. ausonii illustris|simi. Viri Catha-

logus urbium nobilium. *sequuntur ab Ausonio aliena, quae indicaui Ueberl. 222. e. g. f. 75r* vita Prudentii. *cum* carmine de uitiis et uirtutibus *.i. praefatione Cathemerinon* (Per quinquennia iam decem — Excuciensque piis de mentibus uicia cuncta).

De hoc libro Tristanus Chalcus in Historia patria l. II ad a. 379 (Graeuii Thes. antiq. Italiae II 139. Argelati I p. CCCXXIII) agit. nam de Ausonio loquens dolet eiusdem libellum de claris urbibus iniuria temporum maiori ex parte mutilatum et dimidiata carmina fuisse subditque:

Nos uetusto codice ex Ticinensi Vicecomitum Bibliotheca prolato redintegrauimus et ubi quinque tantum imperfecta habebantur, nos decem et octo absoluta Vrbium Epigrammata edidimus*), inter quae septimo loco est celebre illud:
En (*leg.* Et) Mediolani mira omnia, copia rerum *etc.*"

Chalcus autem non *Vrbes* solum sed etiam *Ludum* septem sapientium inde descripserat Vgoletoque dederat. Vgoletus etiam Periochis, quas ex eodem aut simili codice descriptas possidebat *Antonius Bernerius*, usus est in adornanda editione sua.**)

Pleniora quam Vgoletus quae in Parisino sunt Hieronymus Auantius habuit, cum iterum ederet Ausonium a. 1507, non tamen ipsum Parisinum, sed antiquiorem codicem adhibuit.

Ticinensi statim adiungo librum

p 2) *Musei Britannici Harleianum 2613* chart., qui unde uenerit in Angliam, non liquet. in primo tamen folio legitur: „⊕ 20 die Januarii 1721/22".

f. 1u Prosopopea in chartam Decii Ausonii [*34*]
inc. Si tineas cariemque pati te charta necesse est:
expl. Deputo siue legat que dabo: siue tegat.
Finis.

---

*) scil. in editione Ausonii Vgoletana.

**) Accursius in Periochis apographo usus est accuratiore, quam quod Vgoletus a Bernerio acceperat, sed passim correcto ab homine docto, nescio an ipso Accursio, qui suis inuentionibus plus auctoritatis adiuncturus in libris uetustis scriptas fuisse istas correcturas diceret.

f. *2* Decimi Magni Ausonii opus. et primo uer|sus Paschales incipiunt Foeliciter.
inc. Sancta salutiferi redeunt solennia Christi: [*317*]
f. *2*u *expl.* christe apud aeternus placabilis assere prēꝫ.
Epistola eiusdem Metrica ad Paulinum | Presbyterum nondum Episcopum.
inc. Proxima quae nostrae fuerat querimonia chartae
[*Ep. XXVIII* (*XXIII 416*)]
f. *3*u *expl.* Primus in Aoniduꝫ qui te Collegia duxi.
Alia Epistola ad eundem Paulinum.
inc. Discutimus Pauline iuguꝫ quod nota fouebat
[*Ep. XXVII* (*XXIIII 417*) *u. 1—122*]
f. *6* *expl.* Seruat inexhaustuꝫ tibi gratificata uigoreꝫ.
Epistolae Sancti Paulini ad Virum illustrem | Ausonium cum adhuc intra Hispanias re|ligioni deditus assiduis ab ipso literis | prouocaretur ut reuersus ad patriam red|deret se contuberniis amicorum. domino | illustri Ausonio Paulinus.
inc. Quarta redit duris haec iam messoribus aestas
[*Ep. XXXI* (*Paul. c. X*) *u. 1—18*]
f. *6*u *expl.* ut fecere aliis ōsa graduꝫq; silent
Vale domine Illustris
Epistola Paulini Praesbyteri ad eundem.
inc. Quid abdicatas in meam curam pater
[*Ep. XXXI u. 19—102*]
f. *8* *expl.* gratare si uiuā ut libet ꝰ. uale dn̄e Illustris.
Epistola Paulini praesbyteri ad eundem
inc. Continuata meae durare silentia linguae
[*Ep. XXX* (*Paulin. c. XI*)]
f. *9*u *expl.* Perenne uiuat et memor.
Vale dn̄e illustris.
Paulinus Ausonio salutem.
inc. Defore me patriis tota trieteride terris
[*Ep. XXXI u. 103—166*]
*f. 11*r *expl.* Ocia amant. strepitusq; fori: rerumq; tumultum
Ludus septem Sapientum ab Ausonio
ad Drepanium. [*299—308*]
inc. Ignoscenda istaec, an agnoscenda rearis
*f. 11*u *expl.* Optabo ut placeam si minus ut lateam.
Prologus.
inc. Septem sapientes nomen quibus istud dedit
*f. 12*r *expl.* Edessertator harum quas teneo minus.
*f. 12*u Ludius.
inc. Delphis Solonem scripse fama est Atticum
expl. Dixere quidam legifer uenit Solon.
Solon.

inc. De more graeco prodeo in Scaenam Solon
f. 14r *expl.* Venit ecce Chilon nos ualete et plaudite.
Chilon
inc. Lumbi sedendo: oculi spectando dolent
f. 14u *expl.* Dixi: ualete memores: plausum non moror.
Cleobolus
inc. Cleobus ego sum paruae Ciuis insulae.
expl. Dixi recedam: sit modus: uenit Thales.
Thales.
f. 15r *inc* Milesius sum Thales aquam qui principem
f. 15p *expl.* Pars plaudite ergo: pars offensi explodite.
Bias Prienus.
inc. Bias Prienaeus dixi *οἱ πλεισοὶ κακοὶ*
expl. Abeo ualete et plaudita plures boni.
Pittacus.
inc. Mytylena ortus Pittacus sum lesbius
f. 16r *expl.* Tempus me abire ne sim molestus plaudite.
Periander
inc. Ephyra creatus periander huc prodeo
f. 16u *expl.* meditamini ut uestram rem curetis publicam.
Finitur Ludus VII sapientum.
Symmacus Ausonio salutem dicit [*Ep. I*]
inc. merum mihi gaudium
f. 17r *expl.* nostra esse quae scripseris
Vale.
Ausonius Symmacho suo salutem. [*Ep. II* (*XVII 407*)]
inc. Modo intelligo quam
f. 18u *expl.* quod ex parte fouisti. Vale.
Symmachus Ausonio suo salutem dicit. [*Ep. III*]
inc. Etsi plerumque uera
expl. honoribus iam parauit. Vale.
Theodosius Augustus Ausonio parenti Sal. [*Praef. III*]
inc. Amor meus qui in te est
f. 19r *expl.* amplius diligebat. Vale parens ℞ de.
Theodosio Augusto Ausonius Salutem.
[*Praef. IIII 469*]
inc. Agricolam si flaua Ceres dare semina terrae
f. 19u *expl.* Inque meis culpis da tibi tu ueniam.
Periocha Homerica Iliadis ab Ausonio. [*420—468*]
inc. Si Homerum
f. 26r *expl.* publico deflet et sepelit; Finit periocha Iliados.
f. 26u Incipit periocha Odyssiae ab Ausonio.
inc. Dic in Musa
f. 32u *expl.* gestarum abolitione componit. Finis.
f. 33r Ausonius Symmacho suo Sal. [*335*]
inc. Latebat inter nugas meas

*f. 34*r *expl.* me ut desideres, de me cogites. Vale.
Incipit Grypus Trinarii numeri. [*336*]
inc. Ter bibe uel totiens
*f. 36*r Eiusdem prosopopoea in chartam [*34*]
inc. Si tineas cariemque
*f. 36*u Ausonius Hesperio filio salutem. [*321*]
inc. Libellum quem ad
*f. 37*r ϖροτρεπτιχος ad Ausonium nepotem [*322*]
inc. Sunt etiam musis
Prosopopoea in Chartam
inc. Ille licet tristis senio [*Protrept. u. 14 sqq.*]
*f. 39*r Genethliacos eiusdem ad eundem. [*323*]
inc. Carmina prima tibi
*f. 39*u Aegloga eiusdem de ambiguitate [*Ecl. II 362*]
Eligendae Vitae.
inc. Quod uitae sectabor iter?
*f. 41*r Catalogus urbium Nobilium eiusdem. [*285—298*]
inc. Prima urbes inter diuum
*f. 44*u *expl.* Consul in ambobus Cunae hic: ibi sella curulis.
Finit Catalogus urbium no
bilium orbis
Terrarum.

Hunc librum ex *P* descriptum non esse, quod olim suspicati sumus, cum ordo ab illo discedens docet natus sine dubio turbatione foliorum ligamento carentium, tum scripturae sincerae tam multae pro uitiis, quibus ille scatet, ut non librario, cuius sane ingenium grassatum est saepe intolerabilem in modum, omnes, sed exemplari, unde descriptus est codex, adnumerare earum magnam partem par sit. confitendum igitur parum recte de eo iudicauisse et me ipsum et Schenkelium, qui Ludum cum hoc libro conlatum habebat. nec tamen postquam errorem cognoui, facultas mihi data est libri conferendi, cui si non maior quam *P* auctoritas atque dignitas, certe non exigua adiudicanda uidetur.

3) Addo alterum *Harleianum 2599* chart. eiusdem originis; nam eadem manus eandem notam „⊕ 20 die Januarii 1721/22“ adiecit atque idem librarius scripsisse uidetur utrumque. in fol. praefixo legitur:

„Liber Hieronymi Acaldraris"

iterumque f. 136[u]

„Liber hieronimi Acaldranji"

f. 84[u]:

„Kat'. Marcij 1471 veronae mihi Stephanus de novomonte scripsi".

Post Ciceronem de officiis, excerpta ex Lactantio, Probae centones sequuntur f. 98[u]

Versus decimi magni Ausonii
Immortale nihil mundi conpage tenetur —

[i. e. Iuuenci historiae euangelicae prooemium, ab Auantio a. 1507 hoc titulo editum:

„Ausonii carmen imperfectum"]

deinde post Prudentii aliquot carmina

f. 107[u] Incipit Versus Pascales Decimi magni Ausonii [*317*]
f. 108[u] Decimi Magni Ausonii ad Censorium*) Magnum Ausonium nepotem suum. [*Protrept. sine praefatione 322 u. 1—13*]

Sunt etiam Musis sua ludiera mixta camenis —
Detestere nepus numque horrida forma magistri.
Explc̄ Grypus.

Ex codice nescio quo huius ordinis (nam de Ticinensi dubia res est) Pythagorici carminis exemplaria ea deriuata sunt, quae habentur in

M *M* = cod. *Marciano lat. cl. XII 69* (cf. Goetz in Fleckeiseni Ann. 1878, 768) diligentius descripto quam altero

G *G* = *Gudiano* 145 nunc Guelpherbytano, de cuius priore parte scripta Iadrae Illyrici in urbe a. 1445 infra agetur.

4) Quartum eiusdem classis nomino librum, qui nunc deperditus uidetur. Matthaeus enim Bossus Veronensis, procurator generalis Augustinianus (ob. Pataui a. 1502 aetatis 75) in epistula ad Angelum Politianum

*) *In inscriptione Genethliaci pro uoce* Censorium *codex Parisinus habet* eū c̄m̄ (*quod rectius interpreteris* eundem); *inde hunc errorem natum puto cum Schenkelio.*

Verona sexto Kal. Martias a. 1493 scripta (Familiares et secundae MBossi epistulae. Mantuae 1498 f. 43[u]) se trans Alpes Florentiam Angelo misisse dicit Ausonium diu expetitum, ueternosum quidem, ut uix legi possit, atramento subcroceo Longobardoque charactere conscriptum, carie tineaque obesum.

„eundem uero ex notatione indice ad libri caput apposita mancum et truncum plerisque locis offendes plus quam caeteros. et cum his quae Ausonii sunt leges quoque nonnulla interiecta atque immixta Prudentii, ut consociatum sis habiturus utrumque disiecta per membra Ausonium et Prudentium“*) (Schenkl. p. XL not. 36).

Redire uidetur ad hanc epistulam laus illa, qua Politianus cum Bosso et Vgoleto inter Ausonianorum operum sospitatores refertur in notitia literaria a Bipontensibus editoribus praefixa p. XXI ad a. 1499. cf. Laurentius Pignorius Symbolarum epistolicarum libro (Patauii 1628 edito) ep. XVI p. 56:

„Poteramus et nos iactare Bobii, An. MCDXCIII repertos Rutilium Numatianum poetam . . . ut ait Volaterranus Lib. IV Geogr. Pag. XLV. poteramus adscribere nostris hominibus Euresim (ut ita dicam) Quintiliani . . . ueluti asserit Blondus in Romandiola CCCXLVI. poteramus Ausonium imputare Matthaeo Bosso, Angelo Policiano, et Thadeo Vgoleto.“

nam ex quo a. 1489 Miscellaneorum centuriam ediderat Politianus, Ausonio operam eum nauasse non conperimus.**)

Bossiano autem libro non diu usus est, nam obiit

---

*) Prudentiana in *P* quoque extant f. 27[r], 28[r], 75[r].

**) Quia cum hoc codice Bossiano coniunctum est Politiani nomen, ex Labbei Noua bibl. mss. librorum Paris. 1653 p. 371 haec describam:

„VC Isaacius Heraldus, Desiderii Heraldi celeberrimi in Curia suprema Regni causarum Patroni Filius doctissimus, exhibuit mihi Catalogum librorum aliquot MSS qui ex Anglia in hanc urbem iam pridem deportati uenditi sunt superiori anno Nobili cuidam Germano. In iis erant Catulli codex antiquus . . . Ausonii codex antiquissimus. . . .“

ex libris autem qui hoc catalogo recensentur, nonnulli collationibus et interpretationibus Angeli Politiani ornati erant.

d. 24 Sept. 1494. rediitque sine dubio codex post Politiani mortem Veronam ad eum qui commodauerat. iamque facilius uidetur coniecturam facere, unde uenerit liber quam quo disparuerit. nam Veronae fuisse olim in bibliotheca celeberrima capituli quis non statim suspicetur? ubi cum integer esset, Petrarcha puto eum describendum curauit aut descriptum ex eo exemplar emit, quod post eius mortem in *Ticinensium* comitum bibliothecam transiit. mancum postea et truncum alius quidam nescio quo anno transcripsit ni fallor in exemplar *Harleianum* 2613; neque alterum Harleianum a. 1471 scriptum Veronae alienum ab eo crediderim. nam si Ticinensis liber ex Petrarchae museo Vicecomitum bibliothecae c. a. 1402 conditae inlatus est, qui fieri potuit, ut illo anno Veronae suum in usum describeret Stephanus ille de Nouo monte? neque porro aliena uidentur Pythagorici exemplaria supra commemorata, quod utrumque prope Venetos potius quam Ticini scriptum uidetur. — ipse deinde uetustus liber Florentiam migrauit, ubi uidendum num *Antonius Bernerius* quaedam, quae maxime arriderent, ex eo hauserit; post reditum nescio an Auantius, cum alteram pararet recensionem suam, quam Venetiis a. 1507 d. VII Aprilis Ioannes Tacuinus de Tridino emisit, eo usus sit. nam is ait p. IIII:

„Quare cum nuper repererim aliquot Ausonii carmina diu in situ iacentia et locis plaerisque deprauatissima: ea statim (ne prorsus perirent) pro uiribus emendans reformaui.“

quae uerba nullo modo pertinere possunt neque ad Ticinensem neque ad Harleianum. Itaque tota haec quaestio quae sit Harleianorum cum Ticinensi, quae Auantiani contextus cum his libris coniunctio, denuo tractanda erit: nos interim eis contenti esse debuimus, quae Vossianus ad Parisini lectiones sanandas suppeditabat.

Vnde autem pretiosum hunc librum Veronenses habuerint, facile est ad coniciendum. Bobienses olim

eum habuisse suspicor, quorum in catalogo s. X confecto, (quem ex Muratori antiqq. Ital. III 817—824 denuo edidit GBecker in Catalogis bibliothecarum antiquis p. 64 sqq.) duo Ausonii recensentur exemplaria, alterum

n. 416 „librum Ausonii poetae I in quo habentur Plinii libri III"

alterum, quod sine dubio illud est quod desideramus,

n. 610 (de libris Petri presbyteri) „librum Ausonii I in quo mictologia Fulgentii. rhetorica Caroli et Albini et periermeniarum Apulei et alia quaedam.

hi libri non iam apparent in catalogo a. 1461 confecto, quem edidit APeyron (Ciceronis orationum pro Scauro . . . fragmenta, Stuttg. et Tubing. 1824 p. 1—62) neque quidquam Ausonii Georgii Merulae et Georgii Galbiati opera Ludouici Sfortiae ducis auspiciis suscepta ibi inuenit a. 1493. quare cum aliis uetustis libris multo ante in Veronensem bibliothecam migrasse Ausonius quoque facile credendus erit*) infelicibus rei litterariae turbis, quae post Gerberti abbatis (a. 983 sqq.) aetatem ingruerunt Bobiensibus (uid. Peyron. p. XI sqq.)

Alterius quoque Bobiensis codicis uestigium facile quis sibi deprendisse persuadeat: nam Aemilius Ferrarius: „adiecimus, ait, ex catalogo illustrium urbium nonnulla excerpta epigrammata quae Georgius Merula polyhistor praeceptor noster et primarius dicendi artifex in bibliotheca diui Eustorgii primus indagauit." quae cum eadem sint atque ea quae in *Tiliano* libro f. 60^r—62^r leguntur (uid. infra p. LXX), hunc Eustorgianum atque Tilianum eundem esse librum olim suspicatus sum (Ueberl. p. 213 sq.). quam coniecturam si non am-

*) uid. FBlume, Iter italicum I 265. Suspicari possis eadem fuisse fata antiquissimi uoluminis Martialis poetae, cuius pagellas quaspiam Bernardinus quidam adolescens Domitii propinquus Veronensis commodauit Angelo Politiano (Miscell. c. 23). nam qui in uetere catalogo Bobiensi memoratur n. 366 et 367 Martialis cum Persio sociatus, eius nulla memoria in catalogo a. 1461.

plectaris, certe ex Eustorgianis foliis uetustis inlatas esse Vrbium reliquias in Tilianum librum concedes: unde ad idem redibit res, nempe in S. Eustorgii Mediolanensis bibliotheca libri satis uetusti lacinias fuisse s. XV, cum Tilianus liber scribebatur (Ueberl. 198). quas unde potius oriundas suspicabimur, quam ex bibliotheca et proxima et maxima olim, post per plura saecula miserum in modum peruastata, Bobiensis monasterii.*)

Interim contigit, ut maiorem partem libri Harleiani 2613 HMueller-Struebing meum in usum conferret, ipse Auantianum exemplar a. 1507 nuper emptum possem excutere. unde suspicionem meam Harleianum ex codice Bossiano esse descriptum, Auantium ipso Bossiano libro esse usum eumque librum Veronensem a Parisino ita discrepare, ut alter ex altero multo uetustiore descriptus putandus sit**), confirmatam uidi. en habes ipsorum librorum scripturas: ubi *H* Harleianum, *A* Auantii textum significat; neque non adieci aliorum librorum cum consentirent signa, in primis *P* = Parisini.

H A *I III* Epistula Theodosi Augusti *om.* H A Theodosius — salutem H A 6 non quidem H A 9 rursum rursum H 10 nota H | etiam *om.* A 13 impertiens H Γ impartiare A 15 sua opera H A 17 haud H A | atque ac A 18 parens. Rca H

IIII Theodosio Augusto Ausonius salutem H Ausonius Theodosio Augusto A 5 hyemet H 6 nec sit aperta manus

---

*) Eustorgianus quamquam inferior Parisino in claris urbibus, nonnumquam tamen contra *P* facit cum Vossiano genuinasque *V* libri scripturas seruauit. legitur etiam in eo u. 41, qui in *P* deest.

**) si accuratius olim excutere licuisset Auantii editionem, statim uidissemus codicem eum a Parisino diuersum adhibuisse, nam Ep. XXVII 57 itemque Ep. XXX 56 et 57 desunt in *P*, non desunt in *H* et *A*. iam aduertas, quaeso, meliore id est uetustiore in orthographicis ratione *H* uti quam *P*, uitiisque multis, quibus *P* scatet, carere.

A 10 uix H (*cf.* P) 11 ingenio HP id genii A 22 meis] tuis A

II II Decimi magni Ausonii opus. et primo uersus paschales incipiunt////foeliciter (*min.*) H 1 solemnia H 6 terra pontus (et *om.*) H 8 plaebs H | sursum H 15 eua H 27 nomine HP 31 apud H | assere H *Auant.* H

VII, II Ausonii ecloga A 11 lactentibus A 12 pube A 14 irasque] iras A | cathenatos AP 16 *non deest* A 26 At contra AP | ducere A 27 Aspice et ad penas AP 28 sardanapali A 32 scola A 33 igitur *non om.* A 36 recusant AP 37 et] AP 42 imperii A 50 natum aut A 51 *sqq. desunt* A (*a grauissimis libri* P *uitiis liberum, cognatum tamen ei libro uides Auantianum contextum)* A

XI Catalogus urbium nobilium eiusdem H *urbium singularum inscriptiones desunt* 10 sic_edat H 12 quo? H 14 lycos H | bursa HP 17 ambitiones H 20 ponitus H 21 faecunda H 23 macedumque H | adtollite HV 25 ingenitum HP | anchora HP 27 sobolis HP 33 largos H 34 omnigenus HP 36 faecunda H 37 laetitum H 41 laueri H 42 perystila *ante corr.* H 46 pelago HVP 47 prore H 50 aut HP 55 adpetiit HV 56 Annibalis H 57 herili H 59 corruerent H *cf.* V | festo HVP 65 celebris, *sed* ceberis *in marg. corr. m.*[2] H 66 Itala] Ista HP (Istaque *Auant.*) 69 bello HP 67 illud *om.* P *Vgol.*, *habet* H *Auant.* 70 lixae HVP 71 Foelix H 72 Ausonium H 73 Prode HP 73/74 Arelate — Roma *om.* HP 80 aquitanica HP 81 hos HVP | hybernum H(P) 82 Emerita HP 83 Hyspania H 84 non *bis* H *Auant.*, non *semel* P *Vgol.* 87 cossi HP 90 par HP 92 qudruplices H 100 garunna H 102 caebennarum HV 103 iberum H 105 plaebis H 106 colonos HVP 110 sese cauis HP *Auant.* 112 Iberi H *u.* 113 *deest* HP 115 panaq; HP | belgas H (*cf.* V) 117 adtollis H 118 quis memoret HVP | montis H 119 quis HVP 120 uario HP 122 getulus HVP iterum H? *Vgol.* iter P item *Auant.* 124 Iberica H 125 te *ss. m.*[2] H 132/134 Exiguae immerito (*sic Auant.*) o domus est glacialis in lmo H (*cf.* P) 135 claementia H 137. 138 brumaq; breuis iuga frondea subter HP 140 Ardua murorum H 142 *deest* HP 143 disposita HP 147 adlabi HPV 148 frontem H 151 hostia cursus HP 154 quem HP 156 coaspen HP 158 inlimis HV 160 Diuina H 164 inclyta H 167 in illa HP *post* 168: Finit catalogus urbium nobilium orbis terrarum H H

XVIII Ep. I Incipit Epistola Symachi ad Ausonium A Symmacus Ausonio salutem dicit H 6 antestas HAP | caeteris HA 8 comprobas HA 11 adfectata H 15 set HV 16 HA

uidere^is corr. m.[2] H 20 res om. HAVP 24 dehinc cassas A 27 adiudicas A 29 emŭttiendi corr. m.[2] H enūciandi A 31 adfectat H 33 ambibio H[1]A 34 autoribus A 38 uale ℞ A

HA *Ep. II* Ausonius Symmacho suo salutem H Ausonius Symacho A | intellego H 3 epistolae apud AH 4 set H 5 epistulam H 6 uelit m.[2] corr. H | succo HA | ducit A 10 epistulam H | ilicior A illicior H 11 adflatus H affatus A 13 bratteae A bracteae H 15 c//ameleontis H 16 epistula H 19 ut quisquam ita HAP 24 adfectet H 31 tyro *et* tyrocinium HAP 33 conposita H 34 operit A 37 istaec H isthaec A 39 adfectatione H | aliqd A 45 ŭt si (& ss. m.[2]) H ut si A *cf.* P 47 poenitente HA 51 caetera HA | habes HAVP | conpendii HA 52 epistula H 53 uestrae] nr̃ae A | percunctandum HP 54 adlego H | ut cum] cum *om.* H

HA *Ep. III* Symmachus Ausonio suo salutem dicit H Symmachus Ausonio A 1 apud HA 3 patitur HAV 5 thalasio H thaloesio A 7 adtingam H 9 salustiani HAP 12 honoribus HA | paruit corr. m.[2] H

A *Ep. XXI* Incipit eiusdem decimi .M. Ausonii genethliacos ad Ausonium nepotem A | Ausonius — nepoti *om.* A 2 adsidui A 7 dulcis AVP 11 praecepta quidem AP 12 Et] Qui A 13 Adnuit A | ab] ad A(V) 22 genius A (*cf.* P) 27 celebraueris A 28 *om.* AP

HA *Ep. XXVII* Alia epistola ad eundem Paulinum H Incipit tertia ad Eundem A 2 positum HA cunctis H 5 *deest* H?A 7 compositis HA suadet cr. canis A 8 similis HA 9 placitum HV | uterque HA 10 nostrum HAP 11 Impositum HA haeredibus HA 12 Obtarunt A 15 currum A 18 multatis HP 19 faethonta A 21 nanque H 23 gesta HAP *spatio relicto in* A 24 proferre A 26 oneris HAP 28 homines HP 31—37 *desunt* HAVP 44 foelicia HA 45 laelii A 46 iisdem HA 47 maiorappares H 51 duximus A | ut se] et se H 53 lata H 54 dementica HP dementia A 55 parenti HAV 56 fingenda A | trophaeo HA 57 etiam] et H (*nam non deest uersus* HA) 59 In medo H 63 inimica at H (*cf.* P) 65 uellauit A 69 Barcilo HP ningida H | pyrrenei A 70 e patrio A 71 suae HVP | longo A 73 coelique AH? | in te A 74 Emerit// ins ane H Emeriten lateque (*nulla lacuna*) A 75 interuallis spatium HAP 76 credat HA (*cf.* P) 78 locus HAP 79 Sanctones HP Sanctonos A burdegalam HP aginum A 81 uiaenae A 86 Afflaret H Adflaret A 87 pyrrenem A 88 Caesareae angustae HP Caesareaeq; Augustaeq; A | tyrenica A 89

Tarracom et H 90 Ter iuga AH? 94 celeri HAP 95 nouero A 96 dispositi HAVP 97 teneant A 98 adspirent A aspirent H 99 sed HA 103 agnosces HAP 105 ueteres A 106 meo atque tuo fuerat A 107 ulyxi HA(P) 108 achili A 110 Sed HA 111 in *om.* A | animos HAP 114 accipiet A 116 ueteres HAP 119 accurre HA 120 oĩb; (*in marg. m.*[2] ominibus) H 121 adpropera HA | *uu.* 123—132 *desunt in* H, *adsunt in* A: *sequitur Ep. XXXI in* HA 125 trebellica A 129 hostia A

Ep. XXVIII Epistola eiusdem metrica ad Paulinum Presbyterum nondum episcopum H Epistola secunda ad Paulinum (*praecedunt epp. XXV et XXVI*) A 4 Sed HA 7 haeres HA 8 ac tibi A 17 taciturã H tacitura AP 22 inauspicuis AP inauspicis H 23 lacedaemonia HP Lacedaemonias cytalen A 24 circundata HAP 25 deinde] dein H 27 orbis HAP 28 cellandi A 29 *in marg. m.*[2]: clandestinus H 33 Adfari A Affari H | auctor HAP 34 pr. primusq; tibi largitus honorem H praeceptor (*sequitur lacuna*) primus largitor honorum A | Finit epistola secunda (*sequitur Ep. XXVII*) A *HA*

Ep. XXX inscr. om. A 13 *deest* AP 17 colet AP 18 amore AP 19 et in cristum A! 21 quorum more A | pias AP 22 Inrupit A 23 Experta pietate A! 25 fictae A! 28 uero] merito AP 29 uulnera AP | culpa AP 36 cygnis AP 37 corylos AP | aeques A 38 39 *hoc ordine* A! 41 modicum A *cett.* 43 et amandi A (*cf.* P) 44 e ceruice A | saeua A 47 Non animo AP 52 quolibet A 53 longum A 56 *et* 57 *non desunt* A 60 te animo A *cett.* 65 est *om.* A 66 aequa A 67 mori] ores A 68 uiuat AP 69 Vale *etc. om.* A *A*

Ep. XXXI Epistolae Sancti Paulini *etc.* (*uid. supra p. XXXVIIII*) H Epistole sancti paulini Ad ausonium: cum adhuc esset in hyspania religioni deditus assiduis litteris prouocatus ut in patriam rediret A (*sed in* A *haec inscriptio posita est ante uu. 19 sqq.*) 1 redituris A 5 foelix cum HA 7 epistola HA 8 set H 9 querel/is H 11 mitte A 12 Sederit et blandis HA | pensa H 15 praecurrit HAP | *post u.* 18: VALE DÑE ILLVSTRIS HA (*minutis uncialibus litteris atram. script. al. m.* H), *deinde minio scripta sunt haec:* Epistola Paulini Praesbyteri ad Eundem. H Paulinus Ausonio A *uu.* 19—38 *minutis uncialibus al. m. scripti* H 21 camoenis nec parent H 22 crysto (*ut saepe*) A 28 Petere fonte nemore HAPV 31 homine HA *cett.* 37 arsquae H 39 *sqq. ab primo librario scripti* H 38 nubilent HAP 41 adferentes HA 44 tenet H | sume A 49 honorum H 51 uitae H 52 uirtutum HAP *HA*

54 induendo HAP | induit] se exuit A 56 Inter utrumque HAP | comercia H 59 absterget HAPV 62 uice *ex* vitae? H 63 Totaq; nostra HA | sibi iure HP iure sibi A 65 intelligi HA 66 dilligi A 68 praesenti H 69 Abhorret futurae A 70 quae] qui HA | uidemus A 72 Set H 73 caelis HA 77 custus H gustus A 78 sera HP | redit H reddit A 83 putos H 89 discamus HP 91 iure HA 94 l. et t. et f. d. HAP 100 Vel aliud quid horum est HA (P), *difficilia lectu haec in* H. *post* 102: Vale dñe illustris *atram. scr.* H. *sequitur Ep.* XXVIIII *in* A. *ante* 103: Paulinus Ausonio Salutem H Incipit Epistola quarta A 104 me egisse HAP 106 querelis HP 108 adfectibus H | poscere nollem A 116 Insita H Irrita A | uerba HAP 117 haerrent A 118 superis H super istellantem A *cf.* P 119 aspice HA 123 uel] et A 127 nostris HAVP 128 quod me A 129 Quem] Quae A 132 eum] enim A 136 *deest* HAP 138 istis A 139 dicat A 142 mi] me HAP | fateor . . . mens non mea quondam A (H? *cf.* P) 143 Set H 145 cedet A 150 sic mea credi úti (*m.*[1] *corr.*) H 152 Ausoniis A 153 pomum HAP 155 detestanda HAP 156 sed *om.* HAP (*lacuna in* A) 159 Nomine H 160 ut] et HA 161 habitare HAP | frequentent HA 166 strepitus A *hoc uersu finitur epistula in* H

A 169 dei A 172 ut mereatur] ut meme (*interposita lacuna*) A 173 *deest* AP 178 sedisse illis] illis saeclis A 182 uoti] ueri A 191 bellorophontis A (P) 193 ut uis AP 194 Quin A | deum] patrem A 200 culta experientia A (*cf.* P) 202 quod] qd' A 206 quae diues A 209 Non lare A 211 haerrent A 213 integer] inter AP aequo *uel* aeque *om.* AP 221 hiberis AP 222 iacis AP 223 bilbilim A 224 ilerdae A 228 atlas A 229 terret A 230 qui celso AP | calpem AP 231 Bilbilis A | notatur A (P) 232 barcinnus AP 233 tarracho A 236 tyrrenum AP 239 An tibi me domine inlustris A 241 mallim A (P) 242 proteris AP 248 harenosas A 250 Rara unum A *cett.* 252 augustae A | latialis AP 353 *lacuna inter* titulo *et* palmatas A 254 inadtrito] natiuo A 258 materia AP 259 collatinis A (*sed* uico A) 260 factis A 265 male AP 266 noti A 268 saeuo AP 272 religiosa A 276 Exciret lapsum ut rectis A 277 monita A 278 audes A 280 loquentes AP 281 tenens AP 283 id] hoc A 284 *hoc uersu finitur epistula in* A

H *XVIII ep. I* PROSOPOPOEA IN CHARTAM DECII AVSONII (*f.* 36: Eius prosopopoea in chartam) H 6 somniq// (*f.* 36 somni quae) H

In opusculis ab aliis antea editis (et eis quae cum *Z* libris conmunia habent Bobienses, et eis quae ex

Parisini apographo uitioso dedit Vgoletus) Auantius suum librum multo uetustiorem melioremque mirum in modum contempsit nec tamen prorsus desunt exempla satis certa sincerae lectionis, quale in ipso epigrammate 1, 9 „*irascor Proculo*“.

C. EXCERPTA DE OPVSCVLIS DECIMI MAGNI AVSONII.

Horum excerptorum*) unum olim corpus fuisse, conditum ut uidetur ante s. VIII, ostendi Ueberl. 298 sqq. conplectebatur autem ab initio haec carmina, quae nunc dissipata habentur in libris, quos laeua margine indicaui:

(*GB*)	Incipiunt excerpta de opusculis Decimi Magni Ausonii.	1
1(GB)	Mosella.	2
	Explicit Decimi Magni Ausonii Mosella.	3
2(GB)	Incipit epistola Symmachi ad Ausonium.	4
3(BPΣ)	Incipit epistola Ausonii ad Hesperium filium	5
	Explicit epistola. *[Caesares]*	6
	Incipiunt monosticha de ordine imperatorum.	7

---

1 exce^{r}pta B
3 decimi magni ausonii *om.* B
4 ad eusebium (*ss.* ad ausonium) G
5 ausonii *antiq. m. ss. Σ rec. m. add.* P | *totum titulum om.* B
7 monastica Σ | imperiorum P | *totum titulum om.* B

---

*) non recte eclogas dixeris, nam eclogarum titulum paucorum ex his esse carminum, eorum nempe quae reuera ex Ausoniano illo Eclogarum libro hausta sunt, ostendunt subscriptiones Hesiodii, de viro bono et de Est et Non, quae sunt in SGallensi et Puteano et Iuuenali libello (unde in carmen de Rosis transiit); in Vossiano et Ticinensi singulorum hic titulus non est. Communem omnibus titulum, qui est Excerpta etqs., praestant pleniores codices *G* et *B*. ceterum de usu uocis eclogae uel eglogae, qui inde a primo post Christum saeculo apud commentatores potissimum inualuit, uid. locos infra ad Cupidinem p. 455 conlectos, quibus ex Seruio Porphyrione aliis Vergilianorum Horatianorumque carminum lemmata addas.

8 Item monostica de aetate imperii eorum.
9 Item monostica de obitu singulorum.
10 Finiunt monostica.
11 Incipiunt tetrastica.
12 Finiunt tetrastica.
13 *4(GBPα)* Incipiunt monosticha de aerumnis Herculis.
14 Finiunt monostica supra scripta. *[ecl. XXV 366]*
15 *5(GPα)* Incipiunt de institutione uiri boni. *[ecl. III 363]*
16 Explicit egloga supra scripta de institutione uiri boni.
17 *6(GPα)* Incipit de Pythagoricis diffinitionibus NAIKEOY.
18 Explicit egloga supra scripta. *[ecl. IIII 364]*
19 *7(GPα)* Incipit de aetatibus animantium. Hesiodion. *[ecl. V 365]*
20 Finit egloga supra scripta.
21 *8(G)* Alibi. *[ep. 24(72)]*
22 *9(B)* Commendatio codicis *[ep. 25(9)]*
Explicit.

---

8 imperii eorum] imperatorum Σ
9 monastica Σ
12 tetrastica expl. B | tetrastica] detrasti.. Σ
13 Incipit B *om.* G | monastica G *om.* B | erumnis B erumpnis P
14 *haec om.* GB
15 Incipiunt *om.* G
16 egloga supra scripta *om.* G | de inst. uiri boni *om.* P
17 pitagoricis P | NaYKHωY (nai e oi) P
18 supra *om.* G
19 Hesidion G hHCYωΔYωN (hesi odi on) P
20 *haec om.* P

Itaque tria potissimum sunt codicum genera, quae Excerpta illa seruarunt, quorum aut soli aut principes libri sunt *GBP:* his tota, quae olim fuit, conlectio quasi restituitur. sed qui singulorum carminum occurrunt codices, non ex uno certoque horum generum deriuati sunt, sed ex communis omnium archetypi prole originem habent. itaque ad tres illos ordines accedet quartus eorum, qui Mosellam nunc solum habent, et quintus, qui solos propagauit Caesares.

I. *Sti Galli liber 899* s. X. hunc codicem adcurate descripsit EDuemmler in Mittheilungen der Züricher Antiquar. Gesellsch. XII 1859 p. v et in Nouo Archiuio t. IIII 106 sqq. 276 sqq.; cf. KSchenkl zur Kritik späterer lateinischer Dichter, Wien 1863 p. 57—69, HJMüller, Progr. des Friedrich-Werderschen Gymn. Berlin 1876 p. 24 et 29.*) Excerpta de opusculis D. Magni Ausonii hoc ordine leguntur interpositis aliorum poematiis: *G*

p. 22—44 (ab eo, qui ligauit uolumen, foliis male transpositis) Mosella.
p. 2 epistula Symmachi ad Ausonium.
p. 3 de Pythagoricis diffinitionibus ΝΑΙ ΚΕ ΟΥ
p. 4 de aetatibus animantium Hesiodion (uu. 1—10).
p. 45 monostica de aerumnis Herculis.
p. 47 de institutione uiri boni.
p. 48 „alibi" . i . ep. 24 (72) de Achilla. accedit inter alia ab Ausonio aliena
p. 65 carmen de musis (367)

Igitur cum ex opusculis supra indicatis quartum cum quinto et sextum cum septimo locum mutarent, simul exciderunt Caesares.

Epigramma illud de Achilla in aliis quoque libris cum G consentientibus legitur, nempe *SGall. 397* s. VIIII f. 19[u], *Laurent. 90 sup. 25* s. XII/XIII uel XIII f. 90[u], *Laurent. 33, 31* s. XIIII f. 36[r], in quo etiam Hesiodion extat f. 36[u].

Ex SGallensi Mosellae lectiones Aleandri in usum Homedeus (MHumelberg) ipse exscripsisse uidetur.

Cornelii Gualtheri Mosella liber antiquus Pulmanno memoratur: scripturas fuisse ex *G* excerptas ostendi (Ueberl. 217), quas Gualtherus ille, uulgo Wouters dictus, a comite Hermanno Nuenario uidetur accepisse; errauit autem aliquotiens Pulmannus, cum Woutersii excerpta cum Gemblacensibus confunderet (Schenkl XLVI).

*) Symmachi epistulam Idtensohnio conlatam debeo, omnia Ausoniana HJMuellero.

B II A. *Bruxellensis 5369/73* membr. foll. 144 s. XII, Pulmanni Gemblacensis. in eo post Fastos Ouidianos haec leguntur:

f. 72r Mosella.
f. 79u epistula Symmachi.
f. 80r Caesares.
f. 82u monostica de aerumnis Herculis.
et ep. 1 (9) „commendatio codicis",
sequuntur Gesta Tancredi regis.

II B. Bruxellensi cognatum est (quamquam in Caesaribus aliquot locis cum libris tertii et quinti generis facit) Mosellae cum Symmachi epistula et Caesaribus *M²* exemplar, quod olim integrum fuit in *Magliabecchiano I 6, 29*, nunc solos Caesares (monosticha et tetrastichorum uu. 1—80) habet f. 117r—118u. sed ex *M²* de- *L* scriptus est et *Laurentianus LI 13* membr. a. 1490 scr. manu A. Verrazani (Mosellam, ep. Symmachi, Caesares monosticha et tetrast. 1—80 continet), ex quo Vgoletus et Mosellam*) edidit primus et Caesarum tetrast. 1—52, 77—80 adiecit**); et multo deterior *Harleianus 2578* s. XV: de utroque plura uid. infra p. LXXI sqq. ***)

P III. *Parisinus 4887* (Puteanus) membr. s. XII foll. 97. post Freculfum, excerpta ex Iulii Africani, Isidori,

*) Mosellae codicem *Vindobonensem 114/φ 109* (Endl. 358), olim qui fuit Seb. Tengnageli, ex Vgoleti editione descriptum suspicatur Trossius.

**) in monostichis Laurentiani contextum cum lectionibus editionis principis et Suetonianorum librorum contaminauit Vgoletus. (ceterum uid. Peiper Ueberl. 305, Schenkl XLVI.)

***) ex eodem fonte, quo in Magliabecchianum, Caesares (monost. et tetrast. 1—80) transcripti sunt in Sidonii et Sue- *X* tonii libros hosce, quos una littera X conplector cum Schenkelio: *Laurent. 64, 9* s. XIIII (Sidonii) *Laurent. 89 inf. 8* a. 1457, *Neapolitan. mus. publ. CXXV* a. 1466, *Glasgou. mus. Hunter. V 3, 11* s. XV (hi Suetonii). titulus „Decimi Magni Ausonii Musellae" ex suo fonte his omnibus inhaesit. et Musalla fluuii nomen obuiam est in tabula Peutingeri, Musella frequens in libris Venantii Fortunati aliorumque auctorum.

Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Orosii al. de temporibus libris secuntur

f. 74[u] Caesares
f. 75[r] Herculis monosticha de erũpnis
f. 75[u] de institutione uiri boni
de pitagoricis diffinitionibus Nay[nai] KH[e] ωy[oi]
de aetatibus animantium hHCYωΔYωN

subiciuntur Diffinitiones philosophorum, uersus Fortunati, Bedae, uitae uisiones miracula passiones aliquot Sanctorum.

Hinc descripti sunt codd. *Augustobonensis 887* s. XII f. 161[r], *Antissiodorensis 85* s. XII, ex hoc autem *Antissiodor. 67* s. XIII. eiusdemque generis est non conlatus adhuc cod. *Trecensis 887* (Clairvaux Q 33) s. XII. porro ex libro *P* simillimo Vgoletus correxit Caesares omissosque in *L* uersus adiecit.

Ex ea familia, cuius est Puteanus, transierunt ali- α
quot eclogae Ausonianae in I u u e n a l i s l u d i l i b e l l u m, quo posterior aetas in Gallia ut uid. quae siue iure siue iniuria putabantur a Vergilio iuuene esse conposita conlegerat, ut praefigerentur maioribus poetae operibus.*) coniuncta autem in eo libro haec erant carmina:

Culex, Dirae, Copa, Est et Non, Vir bonus, Rosae, Moretum.

huius conlectionis principes libri sunt

Augustanus .i. Treuericus bibl. ciuit. 998 s. XI,
Bembinus .i. Vaticanus 3252 s. VIIII;

inter meliores numerandi sunt cum *P* cognati *Thuaneus .i. Parisinus 8069* s. X/XI, *Petauianus .i. Paris.*

---

*) cf. Peiper, zur Appendix Vergiliana (Q. Valerius Catullus, Breslau 1875 p. 63 sqq., Baehrens in Fleckeiseni Ann. 1875 p. 137 sqq. et PLM II p. 10 sqq.

**) de Augustano uid. Peiper ZFGW 1868 p. 773 sqq., JKlein Mus. Rhen. XXIV 1869 p. 607 sqq.; de Bembino Ribbeck App. Vergil. p. 31, de Thuaneo Ribbeck p. 28, Riese Anthol. lat. II xiii.

7927 s. X; accedunt alterius familiae, auctiorem quae habet istam syllogen, *Stabulensis* codicis relliquiae, quae extant in cod. Paris. 17177 fol. s. XI p. 98 sqq., nondum conlatae. in Ausonianis eclogis paene nullus horum librorum est usus; carminis uero de Rosis, quod falso Ausonio adscripserunt, unicus hic est fons.

Multi praeterea sunt libri, qui omissis Caesaribus cetera, quae *P* continet, recto ordine propagarunt, scilicet

monost. de Herculis aerumnis, Vir bonus, Est et Non, Hesiodion.

porro non desunt, in quibus his adiungatur ex Iuuenalis ludi libello de Rosis carmen. uelut in foliis *Darmstadiensibus 3301* s. X Wimpfena oriundis, quae descripsit EDuemmler NArchiu. XI 77, ipse excussi; ubi haec sunt inscripta carminibus atque subscripta:

incipit monastica de aerumnis Herculis
finiunt monastica suprascripta.
incp̄t de institutione uiri boni
expl. aigloga sup̄.
incip̄t de phitacoricis diffinitionibus Naikeon
expl'i egloga supra scripta
incp̄t de aetatibus animantum
finit egloga supra scripta
incp̄t egloga de rosis nascentibus et senescentibus.
(deest finis.)

plures etiam inueniuntur, qui unum alterumue horum carminum receperint, quos nihil attinet recensere, cum in propatulo sit disiecta haec membra ex plus minusue corruptis florilegii nostri libris inprimis *P* familiae esse deriuatos, non ex pleniore aliquo Vossianae familiae libro. uid. quae de duobus librorum paribus, altero *Vossiano Q 86* cum *Parisino 13026*, altero *Durlacensi 36* cum *Vossiano Q 33* dixi Ueberl. p. 307 et infra ad carmen de nominibus Musarum. recentiores et recentissimos, quorum librarii undique quidquid potuerunt minorum carminum corrasere, Vergilii laudem poeticam ut eis augerent, non moramur.

IIII Mosella solus extat in his libris inferioribus G neque ex illo deductis, qui tamen ex communi fonte pauca quaedam rectius seruarunt quam SGallensis:

V = *Reginensi 1650*, olim S. Remigii, membr. s. X f. 38ᵘ—40ʳ med.: is tantum uu. 1—180 habet nulla inscriptione; medio in folio carmen abrumpitur. huius lectiones propius ad *G* accedunt (cf. Ueberl. 301). AMau librum contulit et meum in usum et iterum postea Schenkelio. *V*

R = *Rhenaugiensi nunc Turicensi bibl. uniuers. LXII* membr. s. XII f. 283—285. conlationem Bluemnerus mihi misit. Rhenaugiensi similis erat liber, quo et editor Iuntinus et eodem quidem anno sed post illum Hieronymus Auantius in editione Aldina adornanda usus est. *R*

Ermenricus Augiensis multos Mosellae uersus sustulit in epistola ad Grimoldum archicapellanum, quam ex cod. Sti Galli 265 edidit EDuemmler Halis Sax. 1873. qui unde habuerit codicem, non constat.

Treuiris olim in monasterio *SEucharii* fuisse Mosellae codicem docemur ab Gestorum Treuirensium auctore, qui scripsit s. XII, atque eo, qui Gesta illa continuauit (Waitzius ed. in Pertzii SS VIII 130—174). legimus apud eum c. 20 (p. 156, 4):

„Erant eo tempore apud Trebiros multi nobiles et ecclesiastici uiri, ille uidelicet presbiter Iheronimus de Bethleem et Ausonius Burdegalensis aliique quam plurimi. Quorum Iheronimus prolixum ualde de synodis librum sancti Hilarii ibidem conscripsit, *Ausonius* uero libellum qui dicitur *Mosella* metrice composuit et postea reuersus in patriam grande uolumen composuit ad honorem huius patriae, quod qui scire uoluerit, in Burdegala reperire poterit.“

ultima uerba ex uersibus Ausonii male intellectis quidem fluxisse Wyttenbachius uidit, sed auctorem, quem S. Eucharii monasterium incoluisse Waitzius dicit p. 116, Mosellae librum habuisse testantur. eundemque librum ni fallor adhibuit, qui chronicam

istam continuauit, ad a. 1132: addit enim p. 143, 10 haec:

„Ibi sicut Ausonius dicit [*Mos. 3 sq.*]
aequauit Latias (infelix C^1C^3 *add.*) Gallia Cannas
Infletaeque iacent inopes super arua colonos.“

ubi cum *Inflecteque* habeat codex 6, cum Reginensi libro cognatum hunc Treuirensem fuisse suspiceris.

Mosellam cum ultimo uersu et Rosas Hieronymus Aleander in uetusto codice *bibl. diui Victoris* in suburbio Parisiis inuenisse se dicit in schediis exemplari Iuntinae editionis, quod possidet Schenkelius, adglutinatis (Schenkl p. XXXVI).*)

V Caesares soli:

Σ *Reginensis 1283* s. XII uel s. X/XI (Baehrens, Jenaer LZ 1874 n. 24). solos Caesares et totos quidem habet. hoc genus artissime coniunctum est cum utroque et *B* et *P* (lacunam habet tetrast. 23 cum *B* et liber est interpolatione, quam ibi *P* est passus).

R cognatus est *R* = *Paris. 9347*, olim SRemigii Rem. (Schenkelii ζ) s. VIIII, qui f. 57 monosticha sola exhibet sine inscriptione: conspirat cum *PΣ*.**)

*) Verum enimuero aduertendum, quod dicit Accursius, cui nullus Mosellae liber praesto erat: „Ausonii sunt, ait, quae uulgo Virgilio adscribuntur epigr. de aetatibus animalium, Vir bonus, Rosae, Est et Non . . . haec Ausonii lusus esse, non Virgilii, fragmenta quaedam Longobardorum quandoque characteribus fidem faciunt, quorum inspiciendi sed et inuulgandi publicandique mihi facultatem fecit Hieronymus idem Aleander.“ Iam cum talis Mosellae liber prorsus sit ignotus neque post tempora Aleandri interiisse sit credendus, scripturae autem in Mosella, quas exhibet Ascensiana editio, maximam cum SGallensi libro similitudinem prae se ferant, errore quodam Victorianum Mosellae codicem natum suspicor, qui minora tantum ista carmina habuerit.

**) cognati sunt libri *Y* (Schenkelii ξνε):

Y *Mellicensis* s. XI f. 221^u Caesares monost. et tetrast. u. 1 et 2, f. 222^r de XII uirtutibus Herculis. sequuntur Culex Dirae Copa Rosae (cf. Melet. Vindob. I 64 sq.). monosticha sola habent

Bruxell. 10021 s. XIIII ex. adiuncta Sidonii carminibus;

II. Deriuati ex ultimis archetypi quaternionibus abreptis

Singulorum codicum descriptioni praemitto tabulam opusculorum, quae huius familiae libris ad nos uenerunt. nec tamen satis ad rem uidebatur breuiculum tantum eorum recensum dare: describendae erant quantum fieri Z

Thuaneus Paris. 8069 s. XI f. 127 (arta necessitudine cum *B* coniunctus, sed altera m. permulta in deterius mutauit). accedit

Petauianus NHeinsii (in quo etiam catalepta Maronis)

His deteriores etiam sunt libri Sidoniani s. XII, quos *Φ* littera comprehendo, monosticha autem sola habent: *Paris. 2782, Laurent. 45, 26, Bern. 285, Montispessul. schol. med. H. 4.* quorum ultimi duo cum Mellicensi libro cognati sunt, accedit saepe Suetonianus liber *Paris. 5801* s. XII, qui in aliis classem *Ψ* sequitur (= Schenkelii $\alpha\eta\pi\varrho\beta$). Φ

Post monosticha seruarunt (ut Mellicensis) tetrastichorum uu. 1 et 2 libri *Ψ* Suetoniani: *Paris. 5802* s. XIII, *Paris. 6116* s. XII (in hoc et eo qui sequitur Sidonio adscripta), *Laurent. 64, 8* s. XIII, *Laurent. 66, 39* s. XII, *Bern. 104* s. XIIII (cuius apographum P. Danielis manu factum est *Bern. 189 n. 4*) *membranaceusque* nescio quis ab *Heinsio* conlatus (= Schenkelii $\gamma\delta\theta\varkappa o\tau$). Ψ

Horum omnium ex nullo ne exiguus quidem fructus Caesaribus redundat. corruptionis latius serpentis in his libris hoc est praecipuum exemplum: qui sunt meliores *Y*, cum libris *BPΣR* simpliciter omittunt monost. 28 et 30; altera classis *Φ* non omittit tantum eos, sed in locum amissi u. 30 transponit u. 33; tertiae et quartae *XΨ* codices omissis uu. 28 et 30 repositoque in uersus 30 locum uersu 33 nouum condunt uersum 26, qui in optimis interierat, deinde supplent u. 28 bis, denique nouo figmento lacunam, quae expulso u. 33 nata erat, explent.

De his omnibus uidendus Schenkl. p. XLVII, qui plerosque habuit conlatos. paucos ipse habui, de quibus uid. Ueberl. 302 sqq.

In multis aliis libris nondum conlatis monosticha inueniuntur e. g. Vaticanis 1909 et 1911 et 3683 s. XVI, Barberino 2127 s. XVI, Vindobonensibus 264 et 265 Endl. XV (post Suetonium), Sedinensi bibl. Gymn. ad S. Mariam 27 s. XIIII (uersus Sydonii), musei Britann. add. ms. 12,009 (post Suetonium), quorum lectiones nemo iam desiderabit.

poterat et inscriptiones et subscriptiones, ut libris in posterum conferendis eis, qui non satis noti sunt, praesidii aliquid et adiumenti conferretur. has igitur ex melioribus libris huius familiae *CTMGKpg* omnes indicaui; quodsi codicum *TCpg* testimonium raro occurret, teneas hos (*Cp*), quia pauca exhibent carmina, illum (*T*), quia titulis plurimis caret, suis tantum locis adscribendos fuisse; ceterorum librorum *M*(uel *λ*)*GK* consensum (si exceperis leuiora uitia et quae ad orthographiam spectant, quae nihil ad hanc nostram rem pertinebant) significaui littera *Z*. in epigrammatis etiam Vossiani libri titulos adscribendos duxi, et ne uideretur ed. principis auctor Girardinus quae profert lemmata ipse excogitasse, librorum deteriorum signum χ ex Schenkelianis notis, ubi opus erat, adsciui. — Ceterum inscriptiones librorum *Z* in contextu retinuimus, lectorum magis commodo ut consuleremus leuaremusque molem adnotationum, quam quod genuinas eas esse putaremus omnes.*)

Ausonii Peonii Poete disertissimi epigrammatōn liber G

1, 9 (*om. u.* 1), 2 } *coniuncti, titulos om.* MG, Prohemium K

3 Ad fontem Danuuii iussu Valentiniani (Valentini G ualent. K.) Augusti Zg

5 Valentiniano (ualentiano Kg) iun. in signum marmoreum MKg Sub Valentini iunioris signo marmoreo Gχ

6 Picturae subditi ubi leo una a Gratiano sagitta occisus est Zg (*om.* p)

† 253 (Epit.) In tumulo (tumulum Z) hominis felicis VZg [*a u. 4 incipit T cuius primum folium intercidit*]

† 8 (Voss. 2) Exhortatio ad modestiam VZg contra (ni)mis elatos p

† 45 (Voss. 9) In statuam eiusdem rhetoris V In statuam rhetoris semiuiri et elinguis Zg

† 147 In libro quem de fastis composuerat ad Gregorium (ex

---

*) communia cum Vossiano opuscula cruce praefixa † indicaui

praefect. *add.* χ) Gχ Consulari libro subiciendi quem ego ex (et M) cunctis consulibus unum coegi Gregorio ex praef. VM *eadem fere* Kg

† 150 In fine eiusdem libri additi VZ

† 149 De eodem VMK De eodem fastorum libro Gχ

4 Ad fontem Danuuii iussu Valentini (uallent. K) Augusti Z

† 10 (Voss. 3) In Eumpinam adulteram V De uxore quae uirum uoluit ueneno necare Gχ De uxore quae dedit marito tossica g (*om.* p *cum ceteris*)

11 In echo pictam MKg In pictorem qui uolebat pingere deam eccho Gχ

12 In simulachrum occasionis et poenitentiae Zp

† 249 (Epit.) In tumulum sedecennis matronae V Epitaphium (Epi K) Anitiae (puellae mortuae *add.* Gχ) Zpg

13 In Gallam K Ad Gallam anum g Ad Gallam puellam iam senescentem Gχ *om.* p *cum ceteris*

14 De lepore capto a cane marino Gχ de lepore a ceruleo *etc.* K *om.* M.

15 + 16 De Pergamo scriptore fugitiuo qui captus fuerat Gχ *om. cett.*

17 Seni M De Mirone qui Laidis noctem rogauerat Gχ In Mironem rogantem *etc.* K

18 De opinione quam de illo habebat eius uxor Gχ *om. cett.*

19 Ad uxorem MKpg Ad uxorem suam quod debeat uiuere et oblectari Gχ

20 In (Ad g Meroen *add.* Gg) anum ebriosam Zg

21 Ex Graeco MK Ex Graeco traductum de statua Nemesis Gχ

† 23 (Voss. 14) De eo qui thesaurum repperit cum se laqueo uellet suspendere V Ex Graeco MKpg Ex Graeco traductum (de casu quodam *add.* χ) Gχ

24 De Thrasybulo Lacedaemonio (In transsibulum K) qui fortissime dimicans occubuit KGχ *om. cett.*

25 Ex Graeco MK Ex Graeco traductum de matre magnanima Gχ

26 In degenerem diuitem (diu. deg. G) moecho genitum Z

37 Versus in ueste contexti Z

27 + 28 Antisthenis Cynici imagini subditi Z

29 De Baccho T Libero patri KG *om.* M

31 In Corydonem marmoreum KG *om.* M

[*totum carmen deest in* T]

32 In simulachrum Sapphonis (Sapphionis M Saphonis K Sapphus G) Z

33 Epitaphium Veneris Kp Deae Veneri Gχ *om.* M

† 34 (Voss. 1) Item epigrammata de diuersis rebus V *προσω-*

ποποιία in chartam P Ad libellum suum quid potius uelit tineas uel cariem Gχ *om. cett.*

35 De nomine cuiusdam Lutii sculpto in marmore Gχ *om. cett.*

35 u. 7 sq. *nouum carmen in* TKp *cum titulo* Epi *in* K

36 De Sabina textrice et carmina faciente Gχ Item MK

38 Item M[1] Idem KM[2] De eadem Sabina Gχ

39 De puella quam amabat MG *om. cett.*

40 De duobus fratribus Gχ *om. cett.*

119 Quoddam quasi aenigma de tribus incestis Gχ De trium concubitum K Iocositas de tribus in uno dormientibus lecto g *om. cett.*

† 44 (Voss. 7) De Philomuso grammatico V In Philomusum K Ad Philomusum qui arbitrabatur se doctum cum nihil sciret Gχ *om. cett.*

† 46 (Voss. 12) Idem V } In tabula ubi erat picta (In picturam
† 47 (Voss. 13) Idem V } in qua erat depicta χ) imago Ruffi rhetoris (rhetoris *om.* χ) Gχ Ad Ruffum elinguem K *om. cett.* [*sed coniuncta haec epigrammata in* ZT]

† 48 (Voss. 8) De Rufo retore V De Ruffo K De eodem Rufó G *om. cett.*

50 In Ruffum K De uerbis eiusdem Ruffi G De uerbis quibus usus est Ruffus grammaticus malus χ *om. cett.*

† 51 (Voss. 10) Idem V In Ruffum K De imagine Ruffi rhetoris elinguis Gχ *om. cett.*

† 52 (Voss. 11) Idem V De eadem Ruffi statua Gχ *om. cett.*
[51 † 52 *coniuncta in* M]

250 (Epit.) De Glautia inmatura morte praeuento Gχ *om. cett.*

† 248 (Epit.) In Diogenis Cynici sepulchro in quo (in quo *om.* Z) pro titulo canis signum est (pro — est *om.* K?) VZ (*om.* p)

† 54 (uu. 3—8 om.) Idem V De effigie regis Croesi Gχ *om. cett.*

245 (Epit.) In signum marmoreum Niobes Z et ex eo repercussus *add.* Mχ De Niobe g

42 De Pallade g De Pallade uolente certare armis cum Venere Gχ *om. cett.*

55 De Laide dicante Veneri speculum suum Gχ *om. cett.*

56 *spatio relicto titulus om. in* Z, *totum carmen deest* T

57 De imagine Veneris sculpta a Prasitele Gχ Caudam *uel* Cuidam (*an* Gnidiam?) K

58 In buculam (aeream *add.* Gχ) Myronis Z

59 Idem MK De eadem bucula Myronis (aerea *add.* χ) Gχ

60 Idem MK Ad Daedalum de eadem bucula Gχ

64 Idem MK De eadem Myronis bucula Gχ iam habente spiritum *add.* G

65 Idem MK De eadem bucula iam (iam *om.* χ) habente spiritum Gχ
66 Idem MK Ad taurum de eadem bucula Gχ
67 Idem M De eadem Myronis bucula Gχ
[66 + 67 *coniuncta in* TK *rubricator in* T *separauit*]
68 Idem MK De eadem Myronis bucula Gχ
69 (u. 6 om.) *Spatio relicto titulus om. in* ZT
70 Ad Pythagoram de Marco qui dicebatur pullaria Gχ De opinione picthagore et Marci g *om. cett.*
120 De Castore fellatore qui suam lingebat uxorem Gχ *om. cett.* [*in* g 70 *et* 120 *coniuncta*]
71 Subscriptum (Subscripta M) picturae (picte MK) mulieris impudicae Zg
† 72 (Voss. 22) De eo qui testam hominis inmisericorditer dissipare uoluit V De Achilla qui dissecuit testam hominis silice Gχ *om.* p *cum cett.*
73 De Alcone medico qui haruspicem uaniloquum fecit Gχ *om. cett.*
74 De signo Iouis tacto ab Alcone medico Gχ *om. cett.*
† 75 (Voss. 4) In Eunomum medicum V Idem MK De Eunomo qui dixerat aegrum quendam motiturum Gχ
123 + 124 In (Eunum *add.* Gχ) ligurritorem Z [*coniuncta* 123 *et* 124 *in* ZT]
125 + 126 Ad eundem Eunum quod non uelit (quod nolit χ) bene nec male olere Gχ *om. cett.* [125 *et* 126 *coniuncta in* ZT, *in* T *separauit rubricator*]
127 Ad Eunum qui uxoris suae inguina lambebat Gχ *om. cett.*
128 In ligurritorem pedagogum MK Ad Eunum pedagogum liguritorem Gχ
49 De his qui dicunt reminisco quod non est latinum Gχ *om.* p *cum cett.*
77 In Crispam deformem K Ad Crispam quae a quibusdam dicebatur deformis Gχ *om. cett.*
78 Qualem uelit habere amicam Gχ amica iurgiosa g *om. cett.*
79 Ex Graeco MKg Cupidini p Ex Graeco traductum ad Cupidinem G
80 Idem K Veneri p Ex Graeco g Ad Dionem de amore suo Gχ [*totum carmen om.* M]
† 81 (Voss. 15) Ex Graeco *ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντὸς* V *idem fere* MK Ex Graeco traductum ad Cupidinem G Ex Graeco χ *om.* p
† 82 (Voss. 16) Ex Graeco *ἁ χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις* VMG Ex Graeco Kg *om.* p *Vorau.*
† 83 (Voss. 17) Ex eodem VZ *om.* p *Vorau.*
† 84 *[u. 3—6 om.]* (Voss. 18) De eo qui Capaneum saltans ruit V *spatio relicto tit. om.* ZT

† 86 (Voss. 19) In dodralem VMK De dodra g De quadam potione quae fit de nouem rebus Gχ

† 87 (Voss. 20) Idem V De eadem potione quae uocatur dodra Gχ, *om. cett.*

88 Idem MK De eadem quod dodra sit potio et numerus G De eadem dodra p [*totum carmen deest* Tχ]

89 In iuris consultum K De iuris consulto qui uxorem habuit adulteram Gχ, *om.* p *cum cett.*

131 Ad quendam qui leuia sibi inguina faciebat Gχ *om. cett.*

† 45 (Voss. 9) *iterum hoc epigramma et quidem ex rec. libri Vossiani legitur hic in* TK In statuam Ruffi K

90 u. 1—6 In Zoylum K Ad Zoilum qui uxorem moechum duxerat Gχ *om.* p *cum cett.*

90 u. 7—8 Ad mechos K Quod erit exercitium iuuenum lasciuorum (lasciuientium G) in senectute TG, ℭp [*om.* M *qui non separat hos uersus a prioribus*]

91 In Marcum MK Ad marcum p Ad marcum amicum de discordia quam habet (habebat G) cum puellis TGχ

† 92 (Voss. 21) Diseros V: 91 *et* 92 *unum efficiunt carmen in* ZTp

41 De Chresto et Acidino (Acindino G) quibus fuerat male (male fuerat G) nomen impositum TG De duobus fratribus *etc.* K *om.* M

93 Pulchrum dei responsum Gχ Dei responsum T De Hyla Phegeo et Lico K *om.* M

94 u. 1 sq. Hermione K *spatio relicto tit. om.* TMG

94 u. 3 sq. *spatium relictum* TG *sed titulus deest ut in cett.*

30 Mixo (Miho G) barbarum (ron M?) Liberi patris signo marmoreo in uilla nostra omnium deorum argumenta habentis (habenti M?G) TMG De nominibus Bacchi — mixobarbarum — K

95 Hylae M In Hilam puerum K De Hyla rapto T De Hyla quem Naiades rapuerunt G

96 Nymphis (Ad Nymphas K) quae Hylam merserunt ZT

97 Narcisso M In Narcysum K Ad Narcisum T De Narcisso qui sui ipsius amore captus erat Gχ

98 Idem MK De eodem T De Echo dolente propter mortem Narcissi Gχ [*in quibus* 98 *et* 99 *non sunt separati*]

99 Echo M De Echo dolente propter mortem Narcisi TK [*de* Gχ *uid. ad* 98]

100 Hermafrodito M In Hermaphrocton K De Hermophrodito et eius natura TG

101 De coniunctione Salmacis cum Hermophrodito TG *om.* MK [100 *et* 101 *coniuncta in* TM: *in* T *rubricator seiunxit titulumque in margine adscripsit.*

102 In Apollinem MK Ad Apollinem de (De Apolline et de χ) Daphne (puella *add.* Gχ) fugiente TG
103 In Daphnem K De Daphne tecta cortice TG *om. M*

Finiunt epigramata T Finiunt uersus Ausonii poete Epigrammatis K Ausonii Peonii poetae disertis epigramatων liber I. finit G *om.* M

---

† 317 Incipiunt uersus pascales T Incipiunt pasquales M pascales incipiunt K Ausonii peonii poetae disertissimi uersus paschales G — uersus pascales finiunt TM finiunt uersus pascales K Ausonii peonii disertissimi uersus paschales finiunt G

Incipit liber epistolarum TK Ausonii peonii poetae disertissimi epistolarum liber G *om.* M

† 397 (Ep. IIII) Ausonius Paulo sal. (sal. *om.* M, d. *add.* K) ZT
399 (Ep. VI) Inuitatio ad Paulum (Paulinum M) ZT Ausonius ad Paulum g
400A (Ep. VII) Rescriptum Paulo suo (suo *om.* MK) ZT [*usque ad uerba* semel erubescerem]
327 (Bissulae praef. metr.) Ad lectorem huius libelli TG Ad lecturum K *om.* M
400B (Ep. VII) Ad Paulum suum TG Ausonius Paulo sal. d. K *om.* M [*a uerbis* uide mi Paule *etc.*]
409 (Ep. XXIII) Ausonius (Ausonio MK) Pontio Paulino cum ille misisset poematium (misisset poematũ T) uersibus plurimis De regibus ex Tranquillo collectis ZT
408 (Ep. XIII) Ad Vrsulum grammaticum Treuirorum (Treuirorum *om.* G) cuius strenas Kl'is Ian. (Kal' Ianuarias G) ab imperatore non datas reddi fecit (fecimus M) ZT
411 et 412 (Ep. XXV) Ausonius Paulino suo sal'. pl. d. (sal. di. G suo sal'. pl. d. *om.* M) ZT
413 (ibid.) Ad Iambum suum carmen TG Ad Paulinum K *om.* M
414 et 415 (Ep. XXVI) Ausonius Paulino suo sal'. pl. dic. (suo — dic. *om.* M suo *et* pl. *om.* K sal'. — dic. *om.* G) ZT
404 (Ep. XI) Ausonius Tetradio sal. (sal. *om. M* d. *add. K*) ZT
405 et 406 (Ep. XII) Ausonius Probo praefecto praetorio (pret̄. pret̄. M prefec. pet̄. K) sal. (d. *add.* K) ZT
401 (Ep. VIII) *Αυσονιος Παυλω* TMG *om.* K [*in K desunt uu. 31—45, in Vaticano uu. 14—45*]
402 (Ep. VIIII) *Αυσονιος Παυλω* TG *om.* MK

403 (Ep. X) Ad amicum ut quam primum (plurimum G) ad se ueniat TKG *om.* M

Finit epistolarum liber primus M Finıt epistolarum liber T *om.* G, *non liquet de* K

---

† 366 (Ecl. XXV) Incipiunt Ausonii monostica de XII erumnis Herculis (Incipiunt *om.* GK, Liber K; Ausonii *om.* TK; monestica M monastica K monostichum G; XII *om.* Kp, *post* Herculis *habet* M; erumniis K) ZTp

† 256—259 (Caesares monosticha)

256 Ausonius Hesperio filio sal. (sal. *om.* MKp suo *add.* K) ZTp

257 Monostica de ordine imperatorum ZTp

258 Monostica (Monosticha G) de aetate imperatorum in imperio TG De aetate imperii monostica MKp

259 Monostica de obitu singulorum T De obitu singulorum monostica Zp

† 273—278 (Caesares tetrasticha)

273 Tetrasticha (*om.* T) de Caesaribus post Tranquillum Nerua (Neruam T) ZT

274 Traianus imperator TG Traianus MK

275 De Adriano imperatore T Adrianus imperator G Hadrianus MK

276 Antoninus Pius imperator TG Antoninus Pius MK

277 M. Antonius (*sic*) imperator TG, M. Antoninus MK

278 Commodus imperator TG Commodus MK

108 (ep. CVI) In scabiosum polygitonem (poligytonem T) TG In scabiosum MK

375 (Ecl. XVIIII) De mensibus et quattuor (4^or T) anni temporibus TG De temporibus anni K De temporibus M De temporibus monostica p

109—114 (ep. CVII—CXII) De quodam Siluio Bono qui erat Brito (Britto G) et eius carmina lacessebat (et — lacessebat *om.* G) TG In Siluium monost. K *om.* M [*non seiuncta sunt haec inter se epigrammata*]

146 (Ephem. VII) In notarium in scribendo uelocissimum TG In notarium MK

419 (Grat. Actio) Ausonii Burdigalis uassatis medici poetae ac praeceptoris gratiarum actio ad Gratianum imperatorem pro consulatu TG; Incipit gratiarum actio dicta domino Gratiano Augusto sub Ausonio u. c. pref. pret. & consul'. ordiñ. M; Ausonii poetae u. c. praefecti p. et consulis oratio dño Gratiano felicissimo Imp. Aug. gratiarum actio K — Finit gratiarum

actio T finit gratiarum actio de consulatu apud Gratianum Augustum MG (*om.* K?)

† 338—349 (Technopaegnion)

338 (II, *deest in* Voss.) De monosyllabis opus TG *om.* MK

339 (III) Versus monosyllabis (monosyllabi et C monosilabi K) coepti et finiti (et finiti *om.* T) ita ut (ut et M) a fine uersus ad principium recurrat (recurratur M?) CZT

340 A (IIII) Versus monosyllabis terminati. Exordium T Praefatio quantum ad haec monosyllaborum genera G *solus*, *om.* MK?

340 B (V) Prefacio quantum ad haec monosyllaborum genera T Versus monosyllabis terminati exordio libero G *solus*. Prefacio M *om.* CK?

341 (VI) De membris hominum TG De membris CMK

342 (VII) De inconexis CZT

343 (VIII) De monosyllabis deorum TG De dis (dies C diis K) CMK

344 (VIIII) De cibis nostris TG De cibis CMK

345 (X) u. 1—18 De historiis CZT

345 (X) u. 19 sqq. De quibusdam fabulis TG Incipiunt monosyllaba Ausonii de gentibus C De gentibus (gentis K) MK

346 (XI) De commoditate quae tempore ueris habetur TG De uere CMK

347 (XII) Per interrogationem et responsionem CZT (*in* K de interrog. *etc.*)

[*c. 348 omisso statim nullo spatio relicto* (M?) *et sine titulo adiungitur 349* ZT]

349 (XIIII) Grammatico mestix C

Finiunt monosyllaba T Finit (Finis χ) de monosyllabis Gχ Finis ab anomalibus K *om.* Cλ

---

† 335–336 (Griphus)

335 Incipit Crippus (cripus K) de ternario numero. Ausonius Symmacho (simaco T) sal. TGK *om.* λ

336 Cripus (Crippus G) ternarii numeri quod bibat (libet T) ter TG Finit. Cripus λ — Finit Technopaegnion liber primus G Finit Theopaegnion K *om.* Tλ

350—360 (Cento) Incipit Cento nuptialis ZTg (*sed* Ausonii v. c. *add.* g)

350 Ausonius Paulo sal. ZTg

351 Prefacium super cento nuptiale T Praefatio KG Praefatium λg

352 Cena nuptialis
353 Descriptio egredientis sponsae
354 Descriptio egredientis sponsi
} ZTg

355 Oblatio munerum (munerorum Kg)
356 Epithalamium utrique
357 Ingressus in cubiculum
358 Parecbasis
} ZTg

359 Imminutio Zg, *in* T *rubricator in marg. addidit.*
360 *rubricata littera prima* T λ g K?
Explicit Am̃ g

† 393 (Ep. XIIII) Ausonius Theoni (sal'. pl. dicit *add.* T, sal. *add.* G) ZT

410 (Ep. XXIIII) Ausonius Paulino (sal. pl. dicit *add.* TG) ZT

† 153 (Ephem. III) Oratio matutina Ausonii ad deum omnipotentem C Oratio p Item (*om.* TKG) incipit (*om.* GK) precatio matutina ad omnipotentem deum ZT — Finit Precatio matutina Z *om.* T Expl' C

† 319 (Epicedion) Incipit Epicedion Ausoni (Ausoni *om.* G) in patrem de uita sua TG Incipit (*om.* K?) Epicedion in patrem λ K — Finit Epicedion Z(K?) *om.* T

† { 321
(Protrepticus) Incipit protrepticus. Ausonius Hesperio filio suo (suo *om.* λ) ZT
322 Ad nepotem Ausonius de studio puerili TG }
Ad nepotem Ausonius λ K Mellito nepoti Ausonius p — Finit protrepticus KG *om.* T λ

324 (Cupido, inscr.) Incipit aeglogarum (aeglogati K, liber *add.* G) Z *om.* T Incipit Ausonius eglogarum ad Gregorium filium suum g

324 (Cupido praef.) Ausonius Gregorio filio sal. (sal. *om.* λ K) ZT

325 (Cupido) Ausonii aegloga in qua Cupido cruciatur TG Cupido cruciatus λ Kg — Finit Cupido cruciatus Zg *om.* T

326—331 (Bissula)

326 A Incipit Bissula. Ausonius Paulo suo sal. dicit. TKG *om.* M

326 B (I) Prefacium de uersibus Bissulae quos ad Paulum miserat TG Prefacium M Praefatio K

[327 uid. supra]

328 (III) Vbi nata sit Bissula et quomodo in manus domini uenerit TG *om.* MK

329 (IIII) De eadem Bissula laudans eam TG *om.* MK

[*ab librario coniuncta 328 et 329 in marg. posita noua inscriptione separauit rubricator in* T]

329 u. 3 sq. De eadem T, *cum prioribus cohaerent in* MKG

330 (V) Ad pictorem de Bissulae imagine ZTg

331 (VI) Ad pictorem de Bissula pingenda (fingenda Kg) TKGg [*totum carmen deest in* M]

Recensionis huius antiquissimus testis est non plenus codex, sed pauca folia, in quibus Oratio legitur et Technopaegnii maxima pars:

Cantabrigiensis bibl. uniu. Kk V 34 (n. 2076) membr. s. VIIII uel X foll. 47. post commentum paucorum uersuum de parabola filii deperditi haec Ausoniana continet: C

f. 1ʳ—3ᵘ „Oratio (oр̄т) matutina Ausonii ad deum omnipotentem". [*Ephem. 153*]
f. 3ᵘ „incipiunt monosyllaba Ausonii de gentibus" [*Technop. X 345, 19 sqq.*
f. 3ᵘ „de uere" [*XI 346*]
f. 3ᵘ „per interrogationem et responsionem" [*XII 347*]
„Grammatico mestix" [*XIIII 349*]
f. 4ᵘ „Versus monosyllabi et coepti et finiti ita ut a fine uersus ad principium recurrat" [*III 339*]
f. 5 (monosyllaba tantum in fine posita) [*V 340 B*]
f. 5ᵘ „de membris" [*VI 341*]
f. 5ᵘ „de inconexis" [*VII 342*]
f. 6ʳ „de diis" [*VIII 343*]
f. 6ʳ „de cibis" [*VIIII 344*]
f. 6ᵘ „de historiis" [*X 345, 1—18*]

sequuntur medii aeui aliquot carmina christiana, denique Culex et Aetna.

Liber, unde hae relliquiae manarunt in Cantabrigiensem, multo erat integrior, quam cetera omnia sunt *Z* exemplaria. neque haec ex archetypo libri C fluxisse, sed hunc illorumque archetypum diuersos fuisse consentaneum est. qua de re dixi Ueberl. 284 sqq. nolo praeterire Schenkelii sententiam, qui censet eum qui hunc librum scripsit, aut certe eum qui haec carmina excerpsit, exemplar simillimum codici Vossiano 111 ad manus habuisse (Schenkl. p. XXIX).

Sed nescio an epigrammatum familiae *Z* uetustius etiam sit testimonium: nam in Mignii Patrol. t. 96 p. 819 post *Lulli* episcopi Moguntini (ab a. 753—786/787) epistulam ad Dalhunum missam u. 752 statim sine inscriptione legitur epigramma illud de Agathocle, quod

est primum post dedicationem in Vossiano, octauum in *Z* et apud Souchaeum: in eo autem cum *Z* legitur u. 3 *aurea* (eodem uersu *fercula* habet, u. 6 *Sicaniae*, u. 8 *ab exiguo p. loco*). atque idem epigramma Iohannes Sarisberiensis Policrat. V 17 laudat totum legitque primo statim uersu: *Fictilibus cenasse ferunt*, u. 3 *Fercula* et *aurea*, u. 6 *Siciliae*, u. 8 *ab exili p. domo*. totaque, quam ille disserit, sententia, ex communi fonte sublecta, si non ex ipso Iohannis opere transcripta, Caecilio Balbo tribuitur in codice Lindenbrogii 7 (Caecilius Balbus ed. Woelfflin p. 14), qui quattuor ultimos tantum uersus (*Rex ego cum sim Siciliae — ab exili p. domo*), eodem tamen modo deprauatos praebet.

Haec igitur ex laciniis uetusti codicis, priusquam cum eis, quae familiae *Z* sunt propria, coalescerent, uidentur descripta: nam non casu factum puto, ut illud potissimum epigramma, quod in primis posuerat Ausonius, nobis sic seruaretur.

T *Tilianus* = *Leidensis Voss. lat. Q 107* (olim Voss. lat. 191) chart. s. XV constans quinternionibus, quorum sexti loco adest quaternio, noni et ultimi sexternio. inest 1) *corpus Ausonianum* f. 1—57ᵛ med.; interiit autem ante f. 1 primi quinternionis primum folium (quod continebat epigr. 1. 9. 2. 3. 5. 6. 253 u. 1—3);

2) f. 58ʳ—59ᵘ med. Ausonii ad Paulinum ep. XXVIIII (XXV 418);

3) f. 60ʳ—62ʳ Catalogi urbium fragmenta eadem atque quae exhibet editio Mediolanensis Ferrarii ex S. Eustorgii Mediolanensis libro. unde ipse Ueberl. p. 213 sqq. eundem esse Tilianum et Eustorgianum probare studui, Schenkelius Tiliani librarium et Vrbium fragmenta et epistulam Graecam VIIII (XII), in quibus Ferrarius cum Tiliano consentit, ex Eustorgiano in suum librum transtulisse suspicatur. at illa epistula in codice ab familia *Z* alieno fuisse non potest;

4) f. 62u—63u epistulae Graecae Ausonii ad Paulinum VIII VIIII (XII XIIII. 401. 402);

f. 64r—67u uacua;

5) f. 68r—88u C. Calphurnii carmen bucolicum. una omnia manu scripta (praeter Graeca carmina, quae nescio an alius eodem tamen tempore eodemque atramento suppleuerit aut suis locis aut, ubi parum spatii reliquerat librarius, in marginibus uacuisque foliis: neglexit tamen ille ep. L et XXI (31. 88) et epist. X (XIIII 403) uu. 25—35). sed in epistula XXVIIII longobardis litteris scriptum exemplar imitatur et, quod memorabile est, ne orthographiam quidem uetusti codicis neglexit. quo imitandi studio exercitata manus cum ad priorem scripturam rediisset in Vrbibus, maiorem in eis et firmiorem ductum ostendit et liberius imitandi genus, et uidetur librarius caute diligenterque exemplaris uestigia, quod lectu difficile erat, secutus esse. ipsum quoque corpus Ausonianum ex satis antiquo codice transcriptum multa docent: ex eodem fonte etiam magna pars uariarum lectionum, quae superscripta sunt, manauit.

Codicem ab Iohanne Tilio (episcopo Brionensi post Meldensi) acceptum integrum habuit Vinetus, post eum usi sunt Scaliger et Tollius. hoc saeculo partem contulerunt EBoecking 1845, LMueller 1864, EBaehrens 1875, totum CSchenkl (1875, 1880, 1882), ipse contuli annis 1876 et 1884.

Cedit auctoritate Tiliano, quamquam multis locis est melior, *Magliabecchianus* Florentiae I 6, 29 (olim monasterii diui Marci 524*)) membr. s. XIIII med. constabat quinionibus XI (non XII), quaternione uno, quinionibus duo, folio uno. *M*

f. 1—116u Ennodii opuscula non tota: nam quinionis undecimi quattuor ultima folia cum tribus pri-

*) in folio praefixo legitur: „Iste liber est conuentus sc. marie de florentia ordinis praedicatorum quem huic [*leg.* huit *i.* habuit] a cosmo de medicis.“ et „289 Carte CLX“.

mis foliis quaternionis qui sequebatur exscissa sunt. in quibus post Ennodii ultima Ausonii Mosella cum Symmachi epistula scripta fuerunt, quod ostendunt apographa, quae infra recensebimus.

f. 117—118 Ausonii Caesares .i. monosticha et tetrastichon u. 1—80. (de quibus uid. supra p. LIIII *M*²)

f. 119—121 uacua.

f. 122—142 Ausonii opuscula: „Quod compertum est ex libro Magni Ausonii poete sequitur". atque f. 141 finitur Technopaegnii u. 107 (XII, 7), interciderunt cetera quae in *Z* leguntur; unum restitit ultimum folium 142, in quo habetur Bissula omisso tamen ultimo epigrammate (VI, 331). 142ᵘ: „De hoc opere corrupto ut plurimum nil ulterius reperi (repperi *m.*²) et ideo explicit." *)

Verba Graeca in *M* leguntur omnia; deest epigr. 91 (80). huius codicis lectiones ex apparatu Schenkeliano deprompsi.

Iactura, quam *M* fecit, aliquo modo conpensatur apographo, quod, cum integer erat liber, confecit *Alexander* quidam *Verrazanus* a. 1490. is est *Laurentianus pl. LI c. XIII* membr., in quo post Martianum Capellam continetur f. 151 Ausonii Mosella omisso ultimo uersu: „Incipit fragmentum Ausonii poetae" — „Explicit Moysella Ausonii". et addita est epistula Symmachi, post quam sequuntur Caesares monost. et tetrast. 1—80. denique Ausonii opuscula. subscr.: „De hoc opere corrupto ut plurimum nil alterius repperi et ideo explicit. Alexander Verrazanus escripsit MCCCCLXXXX." uerba Graeca omissa sunt spatiis indicatis: ultimum Bissulae carmen et epigr. 91 hic quoque desunt.

G Codicis loco commemoranda est *editio princeps Bartholomaei Girardini*, quae Venetiis prodiit anno 1472, quamquam conflatus est contextus ex pluribus libris et modo cum *T* faciat modo cum *M*:

---

*) adiecit m. saec. XVI haec: „[illegible] corruptum est et desunt multa fragmenta *Τεμε*[illegible] *ας* . . ."

f. 1^r—5^u Praefatio et Tabula omnium operum quae in hoc libro leguntur.
f. 6^r „Ausonii peonii poetae disertissimi epigrammatῶν liber primus".
f. 49^u „Expliciunt ea Ausonii fragmenta. Quae inuidia*) cuncta corrodens uetustas ad manus nostras uenire permisit. | τέλος | . B . . G . |

αὐσόνιος fueram solus: νῦν χεῖλε τέ κοσμῶ
Artificis χειρὴ ἐισί τέ κάι φύσεϊ;
Τοῦτ' ἔργον cum prisca queat renouare uetustas:
Tum νέος antiquis praeferet officiis."

sequuntur a f. 50^r—99^r: Publii Ouidii Nasonis Consolatio ad Liuiam Augustam de morte Drusii, Probae Centonae excerptum e Maronis carminibus, Titi Calphurnii siculi bucolicum carmen, Publii Graegorii Tiferni hymnus in trinitatem. uid. Peiper Ueberl. p. 195 sqq. — Graeca extant in *G* omnia praeter pauca, quae in Epist. VIII (XII) Tilianus quoque omisit.

Vindobonense exemplar, quo usus sum, primo folio destitutum est, in quo praefatio editoris erat, duobusque ex Gratiarum actione (alterum inter f. 29 et 30, alterum inter f. 33 et 34 = uu. 125—200 ma|uult — paucissimis, uu. 495—570 et Antoninus — cibi). damnum resarcire studui conlato ibi Ferrarii textu = *f.* *f*

Harleianus 2578 chart. foll. 301 s. XV ex. scr.: in eo post uaria opera, in quibus Calphurnii bucolica, secuntur f. 169—248^u Ausonii opuscula cum indicibus praemissis descripta ex ed. principe Girardini; subscr. „Hec sunt ea Ausonii fragmenta quae sunt scripta in codicibus impressis. quibus apposui alia quedam eiusdem quae leguntur in uetusto codice ex bibliotheca diui marci florentiae"; ea sunt a f. 249—260 Mosella cum Symmachi epistula et Caesares monost. et tetrast. 1—80; haud dubie ex Magliabecchiano descripti (sed multo neglegentius quam in λ), ex quo etiam lectiones depromptae sunt haud raro litt. *al.* add. in margine priorum opusculorum adiectae. clauditur agmen Ausonia-

*) sic, sed in tabula praemissa recte legitur inuida.

norum subscriptione illa, quam ex editione principe repetitiuit librarius („Finiunt — permisit") additis uerbis „Opus imperfectum". Denique f. 261 cett. leguntur Probae Cento et Gregorii Tiferni opuscula. cf. Schenkl p. XXII.

Escorialensis III S 25. membr. (in fol. primo haec sunt scripta: „D. D. A. Romae die Iu. a. 1625"). suspicatur Schenkelius eum ex ed. Veneta descriptum nec aduersatur id, quod post epigr. 131 non legitur ep. 45 repetitum; nam hoc etiam Harleiani 2578 scriptor omisit; sed adsunt scripturae quaedam discrepantes in Gratiarum actione (Schenkl p. XXVI).

Rauennas 134 H 2, cuius altera pars Ausonia opuscula et Tiferni carmina continet, et *Holkamensis 324 s. XV,* in quo Ouidii carmina et Ausonii opuscula, uterque ex *G* descriptus est. (cf. Schenkl. p. XXVI et in Addendis p. 303.)

His inferiores quidem sunt, set quorum pleniorem notitiam quod Schenkelius non exhibuit, ualde est dolendum*):

K *Regius mus. Britannici, Kings-Ms. 31* membr. foll. 52

„Ausonii Poetae Disertissimi liber Foeliciter incipit"; in fine: „ΔΟΞΑ Hyadrę Die XXII Martii 1475. Compleui."

ex Graecis desunt Ep. VIII (XII) 30—45, VIIII (XIII), X (XIIII) 25—33. hic liber artius cum *M* quam cum *T* uidetur coniunctus.

p^2 Schenkl. *Perusinus* bibl. publ. f. 102 (n. 15922) chart.

f. 1r—52u „Ausonii burdigalae Sassatis medici ac poetae praeceptoris Gratiani Imperatoris Epigrammata et Epistolae

*) cf. e. g. Grat. Act. 36 (u. 241): bellicarum *MT*² *p*² belcarum *TK* belliarum *G* balearum cett. — de his libris ipse non plura habeo quam quae indicaui Ueberl. p. 200—205 et supra p. LX sqq. (praeterquam quod nunc rectius intellego quaedam quae in scediis ab H. Petro aliisque transmissis narrantur), cetera Schenkelii curis debeo, qui de hisce libris egit p. XXIII—XXV.

non nullae incipiunt.“ *in fine:* „τέλος σὺν τῷ θεῷ ὑπὸ νεανίσκου τινὸς [*νεαν. τινὸς in ras. al. m., deleto ut uid. scribae nomine*] περουσίνου γραφέντος ἐν τῇ ὀυϊκεντία: — Finiunt ea Ausonii Fragmenta quae inuida cuncta corrodens uetustas ad manus nostras uenire permisit.“ [cf. *G*] Ausonium sequitur Prudentius, Serenus Sammonicus. alia post f. 5 intercidit unum folium, quo continebantur epigr. 20,4—24,10 (ordinis *Z* supra recensi); in epigr. 9 recentior manus uersum istum nouicium „est iocus etq. s. adiecit. Graeca uerba omnia leguntur. hic codex propius ad *T* accedere uidetur.

Patauinus eccles. cathedr. c. 64. chart. s. XV ex. altera pars post Maximiani elegias f. 7r—26r Ausonii opuscula a Petro Baroccio patricio Veneto, ab a. 1497 episcopo Patauino, scripta, quod aliorum codicum, quibus ille nomen suum subscripsit, similis scriptura prodit. — neque inscriptio ulla adest neque subscriptio, uerba Graeca leguntur omnia.

Minus etiam bonae frugis sperandum est ex ceteris.

Ashburnhamensis 1656 (Libri 1732, olim Saibantianus, nunc Laurentianus, membr. s. XIII/XV foll. 56. in fine: „Expliciunt ea Ausonii fragmenta, quae inuida cuncta corrodens uetustas ad manus nostras uenire permisit.“ Graeca uerba omissa a librario spatiis indicatis suppleuit manus paulo recentior. subscriptioni subiecta sunt manu s. XVI Vrbium nobilium fragmenta ea quae habet Tilianus liber. ex editione principe descriptum non esse scripturae, quae innotuerunt Schenkelio, demonstrant.

Vaticanus 3152 chart. s. XV foll. 81. post Titi Calphurnii Siculi carmen bucolicum, Cipriani uersus (c. V et VI Hartel.), Lactantii *de ortu et obitu Foenicis carmen*, f. 31—81 Ausonius legitur. „Ausonii Ponponii Liber Primus incipit feliciter“ — „Explicit liber Ausonii protreptici Pom’“. ex Graecis omissa sunt Ep. VIII 14—45, VIIII, X 25—33. manus altera bono codice, qualis est *M*, usa in margine adiecit titulos et scripturas nonnullas atque in textu ipso quaedam correxit. uidetur cum *K* cognatus esse.

Vaticanus 1611 chart. s. XV foll. 220. post Propertium et Tibullum a f. 151 legitur Ausonius „Ausonii

poetae uiri consularis epigrammatum et aepistolarum fracmenta." deest subscriptio. in fine libri nouicia quaedam epigrammata Angeli, Aemilii, Porcii recentior manus adiecit. Graeca omissa sunt spatiis relictis. desunt epigr. 28 (3) u. 7 et 8, et 91 (80). ordinem epigrammatum foliis aliquot transpositis turbatum ipse librarius in marginibus foll. 151ᵘ 154ʳ correxit.

Vrbinas 649 membr. Statii siluas sequitur Ausonius f. 71—123ʳ. „Ausonii Poetae liber primus incipit." subscriptio non adest. sequitur Sidonius f. 123ᵘ—176.

Cum Vrbinate ita conspirat, ut omnes ex eodem libro descriptos esse appareat, et *Barberinus 1472* (*VIIII 19*) membr. qui solum Ausonium continet („Ausonii Peonii poetae disertissimi Epigrammaton liber primus". subscriptio deest), et *Magliabecchianus VII 8, 315* membr. ubi f. 1—60ʳ Ausonius hac inscriptione adiecta: „Caii Solii Sidonii Apollinaris Panagiricorum liber incipit." 60ʳ —62ʳ index carminum Ausonianorum s. XVII confectus et inscriptus: „C. Solii Sidonii Apollinaris Panagiricorum Index". f. 63 et 64ʳ Sidonii index eadem m. exaratus, qui inscriptus est „Index Poematum Ausonii." f. 65 sqq. Ausonii opuscula „Ausonii Poetae Liber Foeliciter Incipit."

Laurentianus pl. XXXIII c. XVIIII chart. s. XV foll. 60 sola Ausoniana continet. titulos omnes omisit librarius spatiis indicatis, item Graeca uerba. desunt epigr. 127. 80. 3, 7. 8. 24, 5. 6. 72, 7. 8. uetustum scribendi genus adfectauit librarius, nam quoi quom similia plurimis locis intulit, simul ineptissimis commentis inquinauit textum. hoc codice Accursius usus est, post Nicolaus (non Daniel, quod putabam) Heinsius, qui in Tornaesiano exemplari, quod est Lugduni Bat. 758 F. 11, multas ex eo lectiones adscripsit. cf. Schenkl. p. XXV adnot. 9. ego Hermanni Petri conlationem habui a. 1862 factam.

Nondum conlatus quidem sed qui uideatur *Z* familiae esse: *Valentianus bibl. publ. 146* s. XV.

Codicem bibl. *S. Spiritus Florentiae* a Iohanne

Boccatio*) exaratum Politianus Miscell. c. 39 commemorat. is igitur cum toto saeculo superet eos quos habemus, ante omnes fuit quaerendus.

Excerptorum Z libri.

I) *Paris. 18275* membr. s. XIII foll. 56 *p*

post uaria opuscula (quae recensui Ueberl. p. 275 not. 142) f. 55 et 56 eadem manu, quae priora scripsit sequuntur *excerpta Ausoniana* inscripta sic: „In ausonio"**) ep. 6. 8, 7 sq.*. 10. 12*. 249* (= epit. 35). 13. 19*. 23*. 33*. 35, 7—10. 248 (epit. 28), 1 sq.. 72. 49. 79*. 80*. 81. 82. 83. 89. 90, 1—6. 90, 7 sq.. 91* et 92 (non separata). Epist. X (XIIII) 23 sq. „Monostica de erumnis Herculis"*. Caesares monostica I—IIII*. Protreptici uu. 1—17 et 26—28. „Ad amicam" (infra p. 417 VIIII et X). „Oratio" u. 59—78 et 58 (= Ephem. 105—124 et 104). „De temporibus monostica" (eccl. XVIIII. 375). His subiecta sunt uersus aliquot medii aeui mixta cum Martialeis. in epigrammatibus ordinem qui est in *Z* tenuisse librarium uides et conspirant lectiones cum optimis huius familiae libris.

II) *Barberinus 815 (VIII 4)* chart. post Statii Thebaidem s. XIIII scriptam haec Ausoniana s. XVI scripta sunt f. 19^r—30^r: Cento, Bissula (1. 2. 4—7) Griphus, ep. 1. 9, 6—8. 2. 3. 5. 6. 253. 8. 147. 149. 150. 4. 10. 12. 13. 17—20. 249. 45. 44. 46—48. 50—52. 245. 33. 42. 55—60. 64—68. 30. 11. 99. 97. 98. 95. 96. 100—103. 71. 72. 23. 119. 90. 49. 77. 79.

turbatus est quam maxime ordo familiae *Z*, quem tamen prima statim epigrammata produnt; cum Magliabecchiano plerumque conspirare dicit Schenkl p. XXVII. eo Accursius uidetur usus esse (Schenkl XXXV n. 28).

III A) duo *Guelpherbytani*, alter *Gudianus 145* chart. s. XV med. f. 1^r—9^u: „Hec sunt carmina que reperiuntur de omni opere Ausonii Theonii": *secuntur* ep. 3. 5. 6. 253. 8. 45. 147. 10. 11. 249. 13. 19. 20. 119. 245. 42. 70 + 120. 71.

---

*) Boccatius ei monasterio suam bibliothecam testamento dederat; cf. Blume Iter ital. II 71.

**) titulum carminum adesse asterisco adposito indicaui.

127. 78. 23. 79. 80. 81. 86. Ep. VI (X 399.) Cupido (324. 325) Bissula (330. 331) Cento (350—360)

*f. 9*ᵘ: Explicit Am̄ | Iadrę VIIII° Kl' Augusti 1445. Ego Baptista dedus Feltrieñ dum Cancelaius essem. M'. Capitañ Iadrę transscripsi

f. 10 totum uacuum.

f. 11ʳ—11ᵘ al. m. alioque atramento pulcherrime scr. „Decimi Magni Ausonii Egloga de ambiguitate uitę eligendę Incipit. (Quod uitę sectabor iter — non nasci sese quam natos uiuere mauult. Finis)".

f. 1—10 quae fabricae signum stellam habent, antiqua manu numeris .171. ad .180. insignata sunt, f. 11 antiquo numero carens adhaeret folio praefixo libra signato; praeterea foliorum rectorum capita littera *F* rubra ornata sunt, uersorum litteris *AV*, prima et ultima pagina Baptistae Dedi manu scriptae (1ʳ et 9ᵘ) *FAV*. siue hoc siue cognato huic codice usus uidetur Accursius.

Alter *Guelpherbytanus 10, 9 (Augustanus 4)* chart. s. XV ex. in Italia scriptus post Italorum poetarum uaria carmina a f. 36ʳ—46ᵘ habet „Ausonii Theonii (Theomii t. Schenkl.) ex omni opere fragmentum". prorsus eadem sunt quae Gudianus foll. 1—9 habet. *f. 46ᵘ:* .Finis. | Ausonii Poetę Fragmenta expliciunt" sequuntur Priapeia f. 47—58ʳ, denique post uacua aliquot folia in ultima pagina leguntur Ausonii ep. 83 et 82 („Ausonius" et „Idem" inscripta), alioque atramento celerrime scriptus hic uersiculus:

templa deo: leges populis: dedit ocia ferro.
Θόραξ ἀμαλθείας.

multo deterior est Gudiano, ex eo autem non est descriptus. uterque igitur ex tertio quodam deriuatus est, qui cum codice Regio item Iadrae scripto cognatus esse uidetur.*) atque maxime memorabile est, quae

*) ab conlectione, quae est in cod. *Barberino,* conlectio *Iadrensis* prorsus est diuersa. in Barberino omissa sunt quae in alteris leguntur ep. 70. 120. 80. 81. 86, Ep. ad Paulum, Cupido:

Augustanus in fine adiecta habet epigrammata 83 et 82, eodem ordine, omisso tamen nomine et non sine uitiis legi in uetustiore *Vorauiensi libro n. 111* s. XII scripto (uid. Wattenbach N. Archiv. II 403).

III B) ea conlectio aliquando ex plenioribus libris Ausonianis amplificata est; nam *cod. S. Marci Venet. App. cl. XII 8* chart. s. XV f. 93r—99r „Ausonii Theonii poete prȩstantissimi carmina ex omni opere suo deflorata“ haec carmina habere dicit Schenkelius: 3. 253. 8. 45. 147. 10. 11. 249. 13. 5. 19. 20. 119. 245. 42. 120. 6. 70. 71. 77. 78. 127. 23. 79—81. 86. Bissulae c. 6 et 7 (330. 331). 44. Ep. VI (X. 399). Centonis ex praefatione excerpta (350). [haec fere cum Gudiano, nisi quod suo loco pulsi 5 et 6, aliena epigr. interposita 77 et 44, expulsus Cupido et Cento prope totus, inuersus ter ordo (epigr. 70 et 120, 127 et 78, Bissulae et Epistulae)]. accedunt, quae in Gudiano non extant, epigr. 82. 83. 55. 77 (iterum?). 97. 98. 99. 75. 100. 102. 101. 103. 49. eius scripturas cum Guelpherbytanis consentire quamquam inquinatas temereque nonnumquam immutatas dicit Schenkl. p. XXVIII.

Praeterea singula carmina ex libris huius familiae deprompta leguntur in his codicibus plerisque s. XVI scriptis:

Bernensi 211 f. 155r: „Echo ad pictorem“ (11)

Monac. 7471 f. 62u: „Ausonius de cynico Diogene“ (248)

Ambrosiano E 74 sup. in integumento: „in buculam Myronis“ (58 + 59). „in uxorem moecham zelotypam“ (10, 1—4. 7. 8). „idem in auarum“ (23)

Barberino 2127 (VIII 42) f. 226r „Ausonii uersus supra duodecim Caesares“ (256—259); f. 307u ep. 82 et 83; f. 318u „Ausonii Peonii“ (de mensibus ecl. 375)

Laurentiano 81, 42 f. 42r „Ausonii poete uenustissimi epigrammata“: 58 (bucula), 44 (de Philomuso) 3, 1—4 (ad fontem Danuuii), 6 (leo). f. 48u „epigramma

---

in Gudiano et Augustano desunt quae Barberinus in epigrammatibus multo amplior habet 1. 9, 6—8. 2. 150. 149. 4. 12. 17. 18. 44. 46—48. 50—52. 55—60. 33. 64—68. 30. 99. 97. 98. 95. 96. 100—103. 72. 90. 49. 77, Bissulae carm. 1. 2. 4. 5.

Ausonii poetae": 119 (de tribus incestis), 18 (ad uxorem), 42 (Pallas), 23 (Qui laqueum —).

Ex codicibus autem inpressis fluxerunt excerpta in libros s. XVI hosce:

Ambrosianum P 83 sup. chart. (ex Aldina)
Paris. 8284 membr. f. 20r—24r
Basil. F VIIII 62 chart. f. 50—60 (ex ed. Basil.)

Sola oratio transiit in hos:

Ambrosianum F 36 sup. chart. f. 81r
Reginensem 29 chart. f. 261u
Wratislau. uniuersit. IIII F 36 chart. s. XV? f. 102

in *Marcianum App. cl. XIIII 230* chart. f. 1r: ex Laurentiano 51, 13 transcriptam eam suspicatur Schenkl.

De spuriorum operum XXI—XXIII libris.

XXII Periochas, ab ipso Ausonio alienas quas dixi Ueberl. p. 314 et fortasse Fulgentio adiudicandas (qui cum ex Ausonii Centone p. 218, 10 conmemoret Sulpiciam, ne uerba quidem illa, quae cum Ausonio Ep. XXIII 5 conmunia habet Periocha Il. II 3, dubios facere nos possunt; uid. Schenkl p. LI), ex libro Parisino edidi ita, ut orthographiam libri raro mutarem taciteque reciperem, quae Vgoletus correxerat. Iam quae Harleianus liber aliter habet atque mea editio, ab HMuellero-Struebing enotata subiciam indicaboque, ut libri auctoritas quae sit ostendam, aliquot locis Parisini (*P*) Vgoleti Auantii consensum.

inscr. Periocha Homerica Iliadis ab Ausonio 3 quatuor P 4 eius] enim 5 cutem] cutē *m.*² *corr.* 6 temporis P 11 memoratu erit P 12 temporum] *hac uoce finitur f.* 19u *addito hoc signo* ⌗ *cui adscripsit librarius* Require hoc signum. *folium autem* 21r, *ubi repetitur illud signum, omissa uoce* series *statim uerbis* quae ab eiusdem belli *orditur* 13 pertinet 19 consumationem P 22 epitome | originis P 23 quequae P | reteximus P 28 iusta P 29—34 nonnulli — restitutam *om. sed coaeua manu in marg. addita, pleraque ut dinosci nequeant.*

I 5 Chryses 7 grauis 9 achille P 14 quae patri reddebatur (*sic Auantius*) 15 the^{t}is *m.*^{2} *corr.* | lachrymãs

II 4 carpebat P 8 Iupiter 13 quique (*Vgol.*) 15 uly^{ss}xe

III 1 ἡγεμόνε^{σ}σιν ἐκ^{ά}στοι *m.*^{2} *corr.* 2 sequuntur 5 In^{s}tructum *m.*^{2} *corr.* | feriret P 9 agamẽnone *et sic postea quoque* 13 foederis

IIII 8 bell^{i}a *m.*^{2} *corr.*

V 2 tydidẽ monituꝫ P 4 defulgurat P 7 affecta conata 8 excidit P 9 triptolemi | triptolemus

VI 2 nomine *ex* numine *corr. m.*^{2} 3 uacuiqꝫ P 4 facti 5 uates Helenus suadet (*Vgol.*) 7 inferat] ferat 9 clausus P 11 oreretur

VII 5 delegi 6 praelium 8 caduccatori deus (P) 11 in sua quisque 13 circundata

VIII 1 κροκοπεπλαος 3 Facto P | propere] propotestate 6 immisso 9 uolen^{te}s | direptoq; 12 de belli ratione (*Vgol.*)

VIIII 7 ulyxes 9 seque] sese P 11 non impetrata pace sed

X 1 αριστηε(?)παναχαιῶν 2 μαλακω | ὕπνω 3 caetera | manebat] iacebat 5 uly^{ss}xes *m.*^{2} *corr.* 9 de aduentu (*Auantius*) | rhoesi 10 cum] et cum eo (*Vgol.*) | equos et eius (*cf. Accurs.*) 12 ut] ut et (*Vgol.*)

XI 1 Ἠώς δ' ἐκ 7 in praesentia] in *om.*

XII 1 κλισιη^{σι} *m.*^{2} *corr.* | ὑός 5 caetero 8 absarpone P 9 disijcitur

XIII 5 aiacis P 8 firmatis rursum *cf.* P | per Hectorem contrahuntur et ingenti 9 utrinq; P

XIIII 1 πείνοντα *cf.* P 4 uenereum | caesto 5 exoratoq; somno *cf.* P | dum conieceret P 7 uxor^{i}is

XV 3 classi (*Vgol.*) 8 allegat 10 strenue] egregie | et ab eodem plurimis (*Vgol.*)

XVI 1 ἐϋσελμοι^{ο} 2 affectaret (carinam *om.*) 5 agminibus P

XVII 1 ἀτρέως 11 a Menelao] Menelao et P

XVIII 2 belli P 7 dimittitur P (demittitur P^{s}) 8 inermus

XVIIII 2 relinquit

XX 2 caelsis armata 3 unquam 7 decernerent

XXI 5 pateret et] et *om.* (*Vgol.*) 6 duodecim milia P 7 imolarentur 8 campo P 11 impingitur

XXII 2 Pusa 4 ne pugnet inhibent orantibus 8 P. et uictoris 9 supplicare_seruandum

XXIII 2 lachrymis 4 ulyxes 5 alios P

XXIIII 2 redeunt P 3 tetidem *m.² corr.* 4 defunctum uire desistat saeuire 6 priamum cohortatur *post* 10: Finit periocha Iliados Incipit Periocha Odyssiae ab Ausonio

Odyssiae I *u.* 1 *deest* 2 mænia 5 mentoris P 7 ulyxe 8 et phymius 9 inchoat 11 digressa calchidico *cf.* P 12 offensam P | concinnat

II 1 Ἠμος (*cetera desunt*) 6 eum] cum P 8 littus

III 1 *deest* 3 perconctans 7 Dioclis] diolede

IIII 1 *deest* 2 ualide | lacedaemonas 5 ulyxe (*deinde plerumque* ulixes) 9 narrauerat (*Vgol.*) 10 compererunt 12 nauigauerunt

V 1 *deest* 4 conterritam 5 properatae 6 ac duodeuicesima 9 natans 12 littus

VI 1 *deest* 3 enauerat P 4 nausica áfilia 5 exercet 11 est ita suadente

VII 1 *deest* 3 in puelle sp. mutata (*Vgol.*) 5 cui adesset P 6 forte P

VIII 1 *deest* 2 coelum 3 Alcionus 5 ospitis 7 dorio P 8 lachrymas 12 cum P | ut cuncta ex (*Vgol.*) 13 disseret b. omnia pollicitus

VIIII 1 *deest* 3 quatuor 7 malaeam 8 ad *om.* P 16 luit exsoluit

X 1 *deest* 5 uentos (*Vgol.*) 6 ad *om.* (P) 10 antiphatem Laestrigonasque 13 Curylochus 15 caeteros

XI 1 *deest* 2 nubes P 3 Circe 5 sanguine (*Vgol.*) 6 auibus P 7 tiresias

XII 1 *deest* 3 tiresia 4 de *om.* 7 carybdin P | famosae 9 et *om.* (*Auantius*) 12 omnes ad unum 14 ogigiam *ante corr.*

XIII 1 *deest* 5 a *om.* P

XIIII 1 *deest* 4 admiratus 6 nescierit 8 consilii P | aeubeum (P) 12 aeumaeu (?) est cum affectione 15 concidit

XV 1 *deest* 2 Ad *om.* P 4 mature 6 nauem in portu (*Vgol.*) 7 patriam P 9 clemeno (P) 12 aduerso P | eumeneum

XVI 1 *deest* 2 mapalale P 4 patrem *om.* 8 descendit P

XVII 1 *deest* 2 tit^h^onia (P) 6 ambiendos P 9 ad cubitum] ad eum (*cf.* P *Vgol.*) 10 ac *om.*

XVIII 1 *deest* 4 pari (et *om.*)

XVIIII 1 *deest* 4 quidquam] qd autem (*cf. Vgol.*) 6 at (t *ex corr.*) in penelopam (P) 9 euriclia P 12 qui P 14 coercitur

XX 1 *deest* 3 etesippus P 4 thecolymenus (P) 5 apud apud

XXI 1 *deest* 2 caria& tritonia 9 praemium ius P 11 tentasset 13 persona] prima (*Vgol.*)

XXII 1 *deest* 2 ulyxes *m.*^{2} *corr.* 8 philo oeius 11 phoemio P 12 omnium *deest* | ulyssis 13 praeconi] uni P 14 atque *om.* 15 quicumq; P | melantium 17 inde] et inde 19 ulysses

XXIII 1 *deest* 2 Halcidicum P 3 Eurycia (P) 5 timere P | sibi *om.* P 8 dein 10 ulysses | concinatione

XXIIII 1 *deest* 9 praedicatur 12 affecit 14 ulcisci 17 suspicione seditione 18 suspectato 19 utrinque *post* 20 Finis.

XXII I Septem sapientium sententiae. in his non obseruandi erant nisi duo libri:

α { *P* = *Paris. SGerman. lat. 1044* s. XI cuius auctoritas non temere deserenda,
A = *Angelicanus V 3, 22* f. 33^u s. XI;

adhibui tamen etiam libros oriundos codice quodam cognato cum *A*:

β { *L* = *Laudianum misc. 87* s. XI uel XII f. 175
R = *Parisinum lat. 9344* f. 41^u s. XI.

eorum usus sum Woelfflini (*P*), Baehrensi (*LR*), Schenkelii (*ALR*) conlationibus.*) ceteros, cum interpolati sint scateantque uitiis propter ipsam aetatem, abiciendos duxi**).

---

*) Publilii Syri sententiae rec. EWoefflin Lips. 1869 p. 149—152 Baehrens PLM III 159—162 Schenkl p. 246

**) sunt autem *Burdigalensis* Dominicalium Vineti, *Pulmanni* fragmentum, *Gualteri Burlei* (de uita et moribus philosophorum) codex satis corruptus, codex quo *Beaugendre* usus est in Hildeberti opp. col. 1336, *Basil. B X 35* s. XIII et *Bamberg.* eiusdem saeculi, quos contulit Woefflinus; *Vindobonenses* 3150 et 965 s. XIIII, *Laurentianus 37, 25* s. XV, quo Vgoletus

II. De rosis nascentibus. hoc carmen traditum est codicibus Iuuenalis ludi libelli, quod Vergilianis operibus praefigebatur olim. uid. supra p. LV.

III. Nomina Musarum. inter Ausoniana primus retulit Vinetus ex minorum carminum Vergilianorum conlectione Ascensiana. duo tantum selegi codices, ad quorum normam hos uersus ederem, *S. Gallensem* Ausoniani Florilegii librum *899* s. X, ubi legitur p. 65, et *Turicensem* 78 (451?) s. VIIII—X. ex aliorum turba sufficit commemorasse *Caroliruhensem 36* s. VIIII—X cum *Vossiano Q 33* s. X, quos gemellos etiam in eclogis de uiro bono et de Est et Non olim probaui (Ueberl. p. 307); Catoni in his libris adscribitur carmen. addo tertium par librorum ex eodem fonte deriuatum, sed interpolatum *Cantabrigiensem S. Trin. O 4, 11* s. X—XI cum *Parisino 7930* s. XI: de ceteris, quorum numerus arenam uincit, ne uerbo quidem opus est. (cf. Anthol. lat. Ries. 664, Baehrens PLM III 243, Schenkl p. 251.

IIII. de signis caelestibus carmen, quod Vgoletus primus inter Ausoniana edidit, Accursius ex Vaticanis libris duobus Prisciano adscripsit; Scaliger (lectt. Auson. II 29) antiquiores putat Hieronymo hos uersus cum eis qui coniuncti leguntur in *Cuiaciano* libro (adde *Reginensi 438*, ex parte etiam *SGallensi 250*, quos descripsit EDuemmler NArchiu. IIII 309, aliis) scil. Anthologiae Ries. poematiis 676 sqq. cf. Baehrens PLM V 349 sqq. integrius quam in ceteris legitur in *Valentiano 393* (*V*) *Caroliruhensi Aug. 167* (*C*), *Vaticano Reg. 215* (*Vat.*) s. VIIII scriptis, *Gudiano 132* s. X (*G*). horum lectiones ex Riesii (*V*) et Baehrensii (*C Vat. G*) exemplaribus hausi.*)

---

uidetur usus; adde libros qui tantum u. 1—7 habent *Vindobon. 2521, Vorauiensem 111, Monacensem 14506* s. XII scriptos, *Monac. 5417* s. XV, qui habet uu. 1—6.

*) deteriores sunt a Riesio conlati: *Valentianus 330 bis* s. X, *Paris. 12117* (SGerman. 434) s. XI, *Paris. 5371* s. XIII; a Baehrensio: *Laurent. Strozz. 46* s. XIIII, *Reginensis 438* s. X, *Lei-*

V. Sulpicia. uid. Peiper Ueberl. p. 251. Baehrens PLM V 91 sqq.

XXIII. satis de his epigrammatis*) dictum commentationis meae cap. III p. 226—256.

Palaeotypa Ausoniana.

De editione principe Bartholomaei Girardini *Venetiis 1472* uid. p. LXXII.

Eam sequebatur *Mediolanensis a. 1490* curata sub Georgii Merulae auspiciis ab Iulio Aemilio Ferrario typis Scinzenzellerianis. de qua quod nuper scripsit Domenicus Carutti (de editione Ausonii a. 1490 a Scinzenzellero Mediolanensi impressa et de editione Veneta anni 1496, in: Memoria della r. accademia delle scienze di Torino II. serie t. 28 p. 23 sq.), ego non uidi. in ea Ferrarius errores aliquot principis editionis castigauit, pauca carmina meliore libro adiutus correctiora edidit, Vrbium fragmenta ex codice S. Eustorgii adiunxit.

Repetita est haec editio *Venetiis 1494* tertiumque et multis locis correctam et auctiorem eam emisit Hieronymus Auantius *Venetiis 1496:* nam epigrammata XVIII, Ausonii quae esse uidebantur, a Bartholomaeo Merula acceperat inuenta superioribus annis Mediolani ab Francisco Nursio poeta Veronensi (uid. infra p. 419—427). atque hanc spuriorum carminum seriem (nam praeter unum nemo fuit omnium qui Ausonio operam nauarunt, cui non probauerim ab Ausonio prorsus alienos hos fetus esse eis quae commentationis meae capite III p. 226—256 exposui) auxit

densis Scal. Q 61 (Scaligeri manu descriptus ex Cuiaciano); nondum collati *SGall. 248 Vindob. 143* s. XIII.

*) eorum pars ex Aldina editione descripta legitur in cod. *Ambrosiano P 83 sup.* chart. s. XVI (cum Vrbium catalogo et Epistulae ad Ursulam uu. 14—24 et ueri Ausonii epigrammatis) et *Parisino 8284* (olim Telleriano). cf. Ueberl. 279 Schenkl p. XXVIII n. 14.

etiam Thadeus Vgoletus, qui *Parmae 1499* (iterumque *Venetiis 1501*) Ausonium praelis subiecit. nam is alia multa adiecit opusculis Ausonianis antea editis, ut iure suo dicere posset „ex collatione diuersorum codicum Ausonio additum, quantum adhuc ab alio nemine“ — protulit enim ex Tristani Chalci codice Ludum VII sapientium et Catalogum Vrbium totum, ex libro Antonii Bernerii iure consulti Periochas, ex tertio libro (nempe Laurentiano Verrazani manu scripto) Mosellam cum Symmachi laudatione, ex eodem accedente libro Puteani simillimo quotquot derant ad illud tempus Caesarum tetrasticha — et in calce cum Sulpiciae carmine adiecit „epigrammata [XXIIII] ex Georgii Alexandrini [Merulae] quae feruntur manasse bibliotheca“, eiusdemque farinae alia nouem tacite interposuit Ausonianis epigrammatibus: horum autem poematum XXXIII pleraque ea ipsa sunt, quae Auantium supra edidisse diximus (uid. infra p. 428—435).*) bis etiam Graecae Anthologiae ope usus epigrammata, quae uel erant uel uidebantur truncata, ipse expleuit (p. 435 sq.), quam rem quis possit integerrimo uiro in uitium uertere? accesserunt etiam, quae in indice Vgoletiano non recensentur ut noua, Ausonii ad Paulinum epistula XXVIII (XXV 418), et quidem ex Laurentiano 23, 20, atque antiqua quidem, sed ab Burdigalensi poeta aliena, de nominibus stellarum carmen (infra p. 412 IIII) et sententiae septem sapientium (309—315 p. 406—408) ex Laurentiano 37, 25, quas de suo ex Anthologia conuersis uersibus (316) uidetur auxisse, denique in puerum formosum epigramma (olim 107, infra p. 417 VI). in Ausonianis Vgoletus raro traditum libris ordinem mutauit, laude sane dignus quod de Fastis carmina ex Epigrammaton libro remouit.

Non suam editionem, sed Vgoletianam secutus est

*) omnia esse Merulae cum dixissem et nullo dolo malo inlata Ausonianis, haec quidem ab Vgoleto esse facta et per fraudem intrusa putat Schenkl causis minime sufficientibus nixus.

Hieronymus Auantius, cum iterum *Venetiis 1507* emendandum susciperet Ausonium. neque non hic quoque multa, quae prioribus incognita fuerunt, ex scriptis libris inseruit uariis locis. et primum quidem f. 4r: Theodosii epistulam Ausoniique ad Theodosium carmen et (f. 4u) Pythagoricum de ambiguitate uitae eligendae; deinde f. 23u—25u ad Paulinum epistulas XXVI et XXVII (416 et 417) cum Paulini Ep. XXXI 19—102; deinde f. 60r Genethliacon ad nepotem; deinde f. 69r Symmachi et Ausoni epistulas tres (infra Epp. I—III), f. 70r Iuuenci Historiae euangelicae initium sine titulo, f. 70u—73u Paulini ad Ausonium cetera, nempe Ep. XXXI 1—18, Ep. XXX, Ep. XXXI 103—284 (285—331 non habuit); postremo f. 80r post Sulpiciae carmen addidit de matre Augusti epigramma (infra p. 417 VII).*)

Etiam in poematis ante editis eo, quod multa melius scripsit, noua subsidia praesto fuisse Auantio docemur. cf. Epp. XXVIIII (418) XII (406) XIIII (393) al. quodsi quaerimus, quae fuerint ea subsidia: non fuit Harleianus 2613, in quo desunt Paulini c. X uu. 167—284, quos ille edidit. atque alium fontem ipse Auantius in praefatione indicat, qua de re uid. supra p. XXXXV Iuuenci uersus non dubium quin ex altero Harleiano habuerit**), Pythagoricon ex Gudiano, in epistula XXVII (XXIIII 417) altero Vossiani simillimo libro usus sit, qui liber erat lacunis, quas habet Parisinus. „Ausonii epigrammata per dominum Bartholomaeum reperta" (sic enim inscripsit, quamquam auctus erat numerus istorum epigrammatum post Bartholomaeum Merulam) unde fluxerint, ne Auantius quidem aperuit.

---

*) fragmentum esse carminis, quo Liuia celebrabatur, suspicatur Schenkl.

**) nam alii quoque libri ut Vaticanus Accursii illud fragmentum habent, in nullo tamen excepto Harleiano Ausonii nomen inscriptum est.

An terra humano locupletat commemoratu, 29
Quem uocum resonant modulatus angelicarum? 30

Dans aulam Stephano pretiosam dilapidato
Dans claues superas cathedrali incohatori,
Quin Paulum infestum copulasti adglomeratu.

Fit doctor populi lapidantum constimulator,
Vt latro confessor paradisum participauit, 35
Sic credo, adnectens dirissima clarificandis.

---

16 I^{us}tifica^{tos} *V* 18 nibeos *V*^{1} | splēdescere *V* | *uu.* 19 *et* 20 *post 21 transposui* 21 inducto *Heinsius* 20 dignatum *V corr. Schenkl* 22 χristus (*at u.* 4 χp̄e) *V* | regimē// *V* 23 babtismatis *V* | intemeratam *Heinsius* 25 properatast *Schenkl cum Heinsio* 26 a/missam (d *eras.*) *V* 27 *et* 28 *permutaui* 27 domino *Heinsius* dñe *V* | praeconio continuauit *V corr. Vinctus* 29 loc/upletat (l *eras.*) *V* | conmemoratu *Vinctus*, conmemorari *V* 31 stefano *V* | pretiose *V corr. Schenkl* 32. cathedralis *Schenkl* | incoatori *V* 33 quī *V* | copularis *V corr. Peiper* | adglomerat^{tu} *V* 35 paradysum (y *ex* i) *V* 36 adnectēs *V* | durissima *V corr. Peiper* | clarificādis *V*

Nos	sẹros	famulos	adcrescere	perpetieris
Sub	tali	edoctos	antistite	relligionis;
Da	sensum	solida	stabilitum	credulitate.
Fac	iungar	numero	rediuiuo	glorificatus,
Ad	caelum	invitans	consortia	terrigenarum,
SPES	DEVS,	AETERNAE	STATIONIS	CONCILIATOR!

IIII [318 319 Edyll. II] EPICEDION IN PATREM

Post deum semper patrem colui secundamque reuerentiam genitori meo debui. sequitur ergo hanc summi dei uenerationem epicedion patris mei. titulus a Graecis auctoribus, defunctorum honori dicatus, non ambitiosus, sed religiosus: quem commendo lectori meo, siue is filius est seu pater siue utrumque. neque, ut laudet, exigo; set, ut amet, postulo. neque uero nunc patrem meum laudo, quod ille non eget et ego functum oblectatione uiuentium onerare non debeo. neque dico nisi quod agnoscunt, qui parti aetatis eius interfuerunt. falsum me autem morte [eius] obita dicere et uerum tacere eiusdem piaculi existimo. imagini ipsius hi uersus subscripti sunt neque minus in opusculorum meorum seriem relati. alia omnia mea displicent mihi; hoc relegisse amo.

Nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi
  Et, mea si nosses tempora, primus eram.
Vicinas urbes colui patriaque domoque,
  Vasates patria, sed lare Burdigalam.

---

38 tali/ *V* | rell[i]gionis *V* 39 stauilitum V^1 40 glori[f]dicatus (f *al. ss.*) *V* 41 terriginarum V^1 42 aẹternae *V*

IIII INCIPIT EPHICEDION IN PATRE | PREFATIO IN PROSA *V* 1 *V* pos[t] *V* 4 grecis *V* 9 honerare *V* 11 eius *del. Schenkl* | obi[ta] (ta *al. rescr., pr. m. euanuit*) *V* 13 hi/ (i eras.) *V* 15 mici *V*

Incipit epicedion in patrem λ Incipit epicedion. Ausonius *VZ* (Ausonius *om. G*) in patrem de uita ſua *TG* 1 infimus *T* 2 nosces *G* quaeris *T* 4 uassates *Z* | *u. 6 ante u. 5 (sed pr.*

Curia me duplex et uterque senatus habebat
  Muneris exsortem, nomine participem.
Non opulens nec egens, parcus sine sordibus egi:
  Victum, habitum, mores semper eadem habui.
Sermone inpromptus Latio, uerum Attica lingua
  Suffecit culti uocibus eloquii.
Optuli opem cunctis poscentibus artis inemptae
  Officiumque meum cum pietate fuit.
Iudicium de me studui praestare bonorum:
  Ipse mihi numquam, iudice me, placui.
Officia in multos diuerso debita cultu
  Personis, meritis, tempore distribui.
Litibus abstinui: non auxi, non minui rem;
  Indice me nullus, set neque teste, perit.
Inuidi numquam; cupere atque ambire refugi;
  Iurare aut falsum dicere par habui.
Factio me sibi non, non coniuratio iunxit:
  Sincero colui foedere amicitias.
Felicem sciui non qui, quod uellet, haberet,
  Set qui per fatum non data non cuperet.
Non occursator, non garrulus, obuia cernens,
  Valuis et uelo condita non adii.
Famam, quae posset uitam lacerare bonorum,
  Non finxi et, ueram si scierim, tacui.
Ira procul, spes uana procul, procul anxia cura
  Inque bonis hominum gaudia falsa procul.

---

corr.) *V* 5 abebat *V*¹ 6 exortem *TG* | muner (*del.*) nomine *T* 7 non locuples *G* | partus *G* | síne̜ *V* | egi *in ras.* *V* 9 inpromtus *V* impro(p)ntus *T* impromptus *Gλ* | actica *T* 11 optuli] *VG* | inemptae *G* inẽ̇ptae *ut uid.* *V*¹ ineptae *VTλ* 13—16 *om.* *Z* 14 mici *V* | nũquam *V* 15 deuita *V*¹ 18 Iudice *T* | set] *V*¹ | q *ante* neque *eras.* *V* | perit] fuit *T* 19—26 *om.* *Z* 19 adque *V*¹ 20 abui *V*¹ 21 nõ̇non-cōiuratio (noncõ *al. in ras*) *V* 23 nõ̇ *V* 24 set] *V*¹ 25 Nõn *V* 26 ed *V*¹ 28 ueram siscierim *V* scieram *Schenkl*, uera si qua fuit *Z* 29—34 *om.* *Z* 29 u(a)na *V*

Vitati coetus eiuratique tumultus
Et semper fictae principum amicitiae.
Deliquisse nihil numquam laudem esse putaui
Atque bonos mores legibus antetuli.
Irasci promptus properaui condere motum
Atque mihi poenas pro leuitate dedi.
Coniugium per lustra nouem sine crimine concors
Vnum habui: gnatos quattuor edidimus.
Prima obiit lactans; at qui fuit ultimus aeui,
Pubertate rudi non rudis interiit.
Maximus ad summum columen peruenit honorum,
Praefectus Gallis et Libyae et Latio,
Tranquillus, clemens, oculis, uoce, ore serenus,
In genitore suo mente animoque puer.
Huius ego et natum et generum pro consule uidi;
Consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.
Matronale decus possedit filia, cuius
Egregia et nuptae laus erat et uiduae.
Quae nati generique et progeneri simul omnium
Multiplici inlustres uidit honore domos.
Ipse nec adfectans nec detrectator honorum
Praefectus magni nuncupor Illyrici.
Haec me fortunae larga indulgentia suasit
Numine adorato uitae obitum petere,
Ne fortunatae spatium inuiolabile uitae
Fatali morsu stringeret ulla dies.

---

31 uitati/ *V* 33 nicil *V* 34 adque *V*[1] 35 *et* 36 *om. V* 37 concors *V*[2] consors *V*[1]*Z* 38 abui *V* | quattuor edidimus *V* tris numero genui *Z* 39 et 40 *om. Z* 39 ad *V*[1] 41 columen *Vλ* (-mē̈ *V*) culmen *TG* | culmen summum *T* 42 libiae *V* lybiae *Z* 43 *om. Z* (*cum spatio unius uersus uacuo in TG*) | ore *om. V*[1] (*al. ss*) 44 puer *Peiper,* pater *VZ* 47 possidet *T sed pr. corr.* 48 Aegregia *V* 49 progeneri] pro gñe tris *T* progeneretri *λ* | omnium] oms̃ *T* omnū *G* 50 inlustres] *V* | domos (*' del pr.*) *T* 51 detractator *λ* 52 hyll(ri)yci *V* illirici *T* 53 Nec *T* | furtunae *V*[1] | suasit: sit *in ras. al. V* 54 obitum *V* habitum *Z* 55 inuiolauile *V* 56 fat(a)ili *V al. c.* | ad-

Optinui auditaeque preces: spem, uota, timorem
Sopitus placido fine relinquo aliis.
Inter maerentes, sed non ego maestus, amicos
Dispositis iacui funeris arbitriis.
Nonaginta annos baculo sine, corpore toto
Exegi, cunctis integer officiis.
Haec quicumque leges, non aspernabere fari:
Talis uita tibi, qualia uota mihi.

PRECATIO CONSVLIS DESIGNATI PRIDIE KALENDAS IANVARIAS FASCIBVS SVMPTIS.

V [332 Edyll. VIII]

IANE, VENI: NOVUS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.
. . . .
. . . .
Consulis Ausonii Latiam uisure curulem.
Ecquid ab Augusta nunc maiestate secundum
Quod mireris, habes? Roma illa domusque Quirini
Et toga purpurei rutilans praetexta senati
Hoc apice aeternis signat sua tempora fastis.
⟨IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.⟩
Anne, bonis coepte auspiciis, da uere salubri
Apricas uentorum animas, da roscida Cancro

---

morsu *TG* admorsus *λ* | tangeret *λ* 57 optinui] *λ*, p *ex* b *uel* b *ex* p *T* | timori *Tλ* 58 So/pitus (t *eraso*) *V* | finem V^1 *T* (+ *marg. T*) 59 moerentes *Gλ* | nō^n (*lineola post erasa*) *V* | moestus *Z* | amicus V^1 60 tacui *V* 61 annis *T* | si^{ne} *V* 63 quicunque *Z* | aspernauere V^1 64 uota *V*T^2 *in marg.* nota *G* noua *T* (+ *marg. T*) none *λ* | mici *V* FINIT EPICEDION IN PATREM *V* Finit epycedion *λ*

V V CONSOLIS *V* Ausonii consulis *Vinetus* | PRIDE K̄ IĀ *V corr. Lugdun.* (Ianuarii *Lugdun.*) | SVMTIS *V* | *sunt septem strophae septenorum uersuum quibus praefigitur intercalaris, quem ter restitui omissum in V u. 9, 17, 25.* | 1 nobus *V* | renobate *V* *post u. 1 duo uersus exciderunt* 3 Et quid *V corr. Scaliger* | nun *V* 4 abes *V* 6 capite *V* apice *Heinsius* 7 cepte *V* 9 egelidum *Toll* 10 autumnas — pruinas *V corr. Peiper*; Borean. Septembribus horis mordeat autumna f. s. pruina *Heinsius*

Solstitia et gelidum Boream Septembribus horis.
Mordeat autumnis frigus subtile pruinis
Et tenuata moris cesset mediocribus aestas.
Sementem Notus umificet, sit bruma niualis,
Dum pater antiqui renouatur Martius anni.
⟨IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.⟩
Spiret odorato florum noua gratia Maio.
Iulius et segetes coquat et mare temperet Euris,
Sirius ardentem non augeat igne Leonem,
Discolor arboreos uariet Pomona sapores.
Mitiget autumnus, quod maturauerit aestas,
Et genialis hiems parta sibi dote fruatur.
Pacem mundus agat nec turbida sidera regnent.
⟨IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.⟩
Nulla tuos, Gradiue, offendat stella penates,
Quae non aequa tibi; non Cynthia, non celer Arcas
Finitimus terris; non tu, Saturne, supremo
Vltime circuitu. procul a Pyroente remotus
Tranquillum properabis iter. uos comminus ite,
Stella salutigeri Iouis et Cythereie Vesper:
Non umquam hospitibus facilis Cyllenius absit.
IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.
Hostibus edomitis, qua Francia mixta Suebis
Certat ad obsequium, Latiis ut militet armis,
Qua uaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chuni,
Quaque Getes sociis Histrum adsultabat Alanis
(Hoc mihi praepetibus uictoria nuntiat alis):

---

11 attenuata *Heinsius* | moris *Wakefield* modis *V* 12 umificet V^1 | bruma (*ictu super* a *eraso*) *V* 13 renobatur *V* 14 noba V^1 15 quoqnat *V* 16 igne leonem: el *pr. corr. ex* es *uel* et *uel* em. *non prorſus eraſa quae post* e *erat littera V* 19 hiemps V^1 20 turuida *V* 22 chintia *V* 23 Finitimi *Gronouius* | non] no *V* 25 properauis *V* 26 chitereie *V* 27 Non// umquam (n *eraso*) *V* | adsit *V* absit (*uel* Nec numquam . . . adsit) *Peiper* 28 nobus *V* renobate *V* 31 iuxerat V^1 | c^{v}nis *V* Chunni *Vinetus*, sua i. a. Chunis *Schenkl* Qua uaga Sauromatae s. i. a. Chunus *Toll* 32 getis *V corr. Scaliger 1, 7* 33 mici V^1

Iam uenit Augustus, nostros ut comat honores,
Officio exornans, quos participare cupisset.
IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.
Aurea uenturo, Sol, porrige gaudia Iano:
Fascibus Ausonii succedet Caesar in annum,
Quintam Romulei praetextam habiturus honoris.
Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi
Auribus hoc, Nemesis) post me dignatur oriri
Augustus consul. plus quam conferre uidetur
Me sibi, qui iussit nostros praecedere fasces.
IANE, VENI: NOVVS ANNE, VENI: RENOVATE VENI, SOL.
Tu tropicum solido da cedere, rursus et illum
Terga dare, ut duplex tropico uarietur ab astro
Et quater a ternis properet mutatio signis.
Aestiuos inpelle dies brumamque morantem
Noctibus adceleret promissus Caesaris annus.
Illum ego si cernam, tum terque quaterque beatus,
Tunc ero bis consul, tunc tangam uertice caelum.

VI [333 Edyll. VIIII]

ITEM PRECATIO KAL. IANVARIIS.

Anne, bonis coepte auspiciis, felicia cernis
Consulis Ausonii primordia: prome coruscum,
Sol aeterne, caput solitoque inlustrior almo
Lumine purpureum iubar exere lucis eoae.
Anne, pater rerum, quas Iani mense bifrontis
Voluis in hibernum glaciali fine Decembrem,

---

36 I//ane (n *eraso*) *V* | nobus *et* renobate *V* 39 abiturus V^1 | onoris V^1 44 nobus *et* renobate *V* 45 *del. Peiper uid. VI (333) u. 8* 46 Tu *Lugdun.* Vt *V* | solido da] soli da *Scaliger 1, 7* | rursus *Scaliger 1, 7* ruris *V* ueris *Heinsius* 47 Tega *V* | tropicus *Scaliger 1, 7* 48 a] hac V^1 ac V^2 *corr. Scaliger 1, 7* | mutua V^1 muta^{ti}a V^2 49 Estibos V^1 52 promissus: i (y) *ex* s *pr. corr. V* 53 quater] q^{v}ętar *V* 54 uertic^{ce}ęlum *V*

V VI kl' *V* 1 cepte auspeciis flicia (*litt* e *super* f *ẽrasa*) *V* 3 alterne *Heinsius* 6 ^{h}ibernum (*pr.* h *ss.*) *V* | december *V*

Alme, ueni et festum ueteri nouus adice Ianum. 7
Coge secuturos bis sena per ostia menses; V 45
Sollemnes peruade uias bissenaque mundo 8
Curricula aequatis uarians per tempora signis
Praecipitem aeterna perfer uertigine cursum,
Sic prono raptate polo, contraria Phoebus
Vt momenta ferat seruata parte dierum
Et nouus hiberno reparet sua lumina pulsu.
Menstrua ter decies redeunt dum cornua lunae,
Exortus obitusque manu uoluente rotabis,
Legitimum Phoebi cohibens per signa meatum.

---

corr. Lugdun. 7 alme *Peiper,* anne *V* | nobus *V* | *huc transposui* V (*332*) *u. 45* | secuturos; *rasura super* cu V^3 8 solemnes V^1 12 ut] et *V corr. Scaliger 1, 7,* nec *Heinsius* | serbata *V* 13 nobus *V* | iberno V^1 15 uolente V^1 uo^{l}bente V^2 16 fębi *V* | coibens V^1 | meatu *V corr. Lugdun.*

IIII.

[158—189] # P A R E N T A L I A.

[158] ## PRAEFATIO IN PROSA.

Scio uersiculis meis euenire, ut fastidiose legantur: quippe sic meritum est eorum. sed quosdam solet commendare materia et aliquotiens fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli, ut festiuitate persuasus et ineptiam ferre contentus sit. hoc opusculum nec materia amoenum est nec appellatione iucundum. habet maestam religionem, qua carorum meorum obitus tristi adfectione commemoro. titulus libelli est Parentalia. antiquae appellationis hic dies et iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus: nec quidquam sanctius habet reuerentia superstitum, quam ut amissos uenerabiliter recordetur.

[159] ## ITEM PRAEFATIO VERSIBUS ADNOTATA.

Nomina carorum iam condita funere iusto,
Fleta prius lacrimis, nunc memorabo modis,
Nuda, sine ornatu fandique carentia cultu:
Sufficit inferiis exequialis honos.

V INCIPIT PARENTALIA FELICITER *etc.* *V* 1 legā^n^tur (n *al.*) *V* 3 alicotiens (c *in* q *al.*) *V* 4 *marg.* ☧ *V* 8 affectione *V* | liuelli *V*[1] 9 antiq^a^ (a *al.*) *V* 10 quicquam *V* 11 abet *V*[1] | reuerentia: a *ex* ā ? *V* | uenerauiliter *V*[1]

VERSIBUS: SI *ex* CI *V* *uu.* 1—4 *post* 5—8 *transposuit* *Brandes* 2 nūn^c^ (c *al.*) *V*

Nenia, funereis satis officiosa querellis,
Annua ne tacitis munera praetereas,
Quae Numa cognatis sollemnia dedicat umbris,
Vt gradus aut mortis postulat aut generis.
Hoc satis est tumulis, satis est telluris egenis:
Voce ciere animas funeris instar habet.
Gaudent conpositi cineres sua nomina dici:
Frontibus hoc scriptis et monumenta iubent.
Ille etiam, maesti cui defuit urna sepulcri,
Nomine ter dicto paene sepultus erit.
At tu, quicumque es, lector, qui fata meorum
Dignaris maestis conmemorare elegis,
Inconcussa tuae percurras tempora uitae
Et praeter iustum funera nulla fleas.

[160] I. IVLIVS AVSONIVS PATER.

Primus in his pater Ausonius, quem ponere primum,
Etsi cunctetur filius, ordo iubet.
Cura dei, placidae functus quod honore senectae
Vndecies binas uixit Olympiadas.
Omnia, quae uoluit, qui prospera uidit: eidem,
Optavit quidquid, contigit, ut uoluit.
Non quia fatorum nimia indulgentia, sed quod
Tam moderata illi uota fuere uiro.
Quem sua contendit septem sapientibus aetas,
Quorum doctrinam moribus excoluit,
Viueret ut potius, quam diceret, arte sophorum,
Quamquam et facundo non rudis ingenio.

---

6 nec V^1 | tacitus *V corr. Peiper,* tacita *Brandes* 8 mortis] sortis *uel* meriti *Peiper* | postulat aut] p. ut *V* 9 hic *Brandes* | est — est *Peiper* et — et *V* | t$\overset{v}{i}$mulis *V* 10 abet V^1

I (*numeri desunt V*) 2 cunctetur *V* 4 uinas V^1 | olimpiadus *V* 5 $\overset{s}{q}$ V^1 $\overset{a}{\overset{s}{q}}$ V^2 | prospera uidit] properauit V^1 | et idem *V corr. Toll* 6 obtauit V^1 | quicquid V^2

Praeditus et uitas hominum ratione medendi
Porrigere et fatis amplificare moras.
Inde et perfunctae manet haec reuerentia uitae,
Aetas nostra illi quod dedit hunc titulum:
Vt nullum Ausonius, quem sectaretur, habebat,
Sic nullum, qui se nunc imitetur, habet.

[161] II. AEMILIA AEONIA MATER.

Proxima tu, genetrix Aeonia, sanguine mixto
Tarbellae matris patris et Haeduici.
Morigerae uxoris uirtus cui contigit omnis,
Fama pudicitiae lanificaeque manus
Coniugiique fides et natos cura regendi
Et grauitas comis laetaque serietas.
Aeternum placidos manes conplexa mariti,
Viua torum quondam, functa foue tumulum.

[162] III. AEMILIVS MAGNVS ARBORIVS AVVNCVLVS.

Culta mihi est pietas patre primum et matre uocatis,
Dici set refugit tertius Arborius,
Quem primum memorare nefas mihi patre secundo,
Rursum non primum ponere paene nefas.
Temperies adhibenda . . . .
Ante alios: quamquam patre secundus erit.
Tu frater genetricis et unanimis genitori,
Et mihi qui fueris, quod pater et genetrix:

---

13 medēdi *V* 15 perfun^{c}tae (c *al.*) *V* perfuncto *Brandes* 16 titilum *V* 17 abebat V^1 18 abet V^1

II emilia *V* 2 aeducii (*alt.* i *al. add.*) *V corr. Pithoeus Vinctus* 3 morigęre *V* 8 torum (o *ex* a *al.*) *V* | condam *V* ut quondam *Mertens* | fobe *V* foues *Heinsius*

III 1 mici *V* | et *Lugd.* tum *V* 2 dicere set (sed *al.*) rea fit *V corr. Peiper* 3 mici *V* 5 adibenda *V post h. u. nullum lacunae indicium nisi uacua uersus pars V*; igitur memorabere primus *suppl. Toll* 6 a patre s. eris *Toll* 7 genitoris *V corr. Gronouius* 8 mici *V*

Qui me lactantem, puerum iuuenemque uirumque
Artibus ornasti, quas didicisse iuuat.
Te sibi Palladiae antetulit toga docta Tolosae,
Te Narbonensis Gallia praeposuit,
Ornasti cuius Latio sermone tribunal
Et fora Hiberorum quaeque Nouem populis.
Hinc tenus Europam fama crescente petito
Constantinopolis rhetore te uiguit.
Tu per mille modos, per mille oracula fandi
Doctus, facundus, tu celer, atque memor.
Tu, postquam primis placui tibi traditus annis,
Dixisti nato me satis esse tibi.
Me tibi, me patribus clarum decus esse professus
Dictasti fatis uerba notanda meis.
Ergo uale Elysiam sortitus, auuncule, sedem:
Haec tibi de musis carmina libo tuis.

[163] IIII. CAECILIVS ARGICIVS ARBORIVS AVVS.

Officiosa pium ne desere, pagina, munus:
Maternum post hos commemoremus auum
Arborium, Haeduico ductum de stemmate nomen,
Conplexum multas nobilitate domus,
Qua Lugdunensis prouincia quaque potentes
Haedues, Alpino quaque Vienna iugo.
Inuida set nimium generique opibusque superbis
Aerumna incubuit; namque auus et genitor
Proscripti, regnum cum Victorinus haberet
Ductor et in Tetricos recidit imperium.

---

10 iubat *V*[1] 14 iberorum *V*[1] | nobem *V*[1] 15 petito *V* perito *Lugdun.* perita *Brandes* 16 retore *V*[1] (t *ex corr. al.* *V*[s]) 18 tu *Graeuius* tū *V* 22 uerua *V*[1] 23 ego *V*[1] | [h]elisiam (h *al.*) *V* | sertitus (o supra e) *V* 24 demushis *V*[1]

IIII cecilivs *V* | agricivs *Salmasius* 5 potens *V*[1] 6 haeduaes (a *al. del.*) *V* | apino *V*[1] 7 superuis *V*[1] 9 quum *V* | aberet *V*[1] 10 Ductor *Peiper* uictor *V*

Tum profugum in terris, per quas erumpit Aturrus
  Tarbellique furor perstrepit oceani,
Grassantis dudum fortunae tela pauentem
  Pauperis Aemiliae condicio inplicuit.
Mox tenuis multo quaesita pecunia nisu
  Solamen fesso, non et opes tribuit.
Tu caeli numeros et conscia sidera fati
  Callebas studium dissimulanter agens.
Non ignota tibi nostrae quoque formula uitae,
  Signatis quam tu condideras tabulis,
Prodita non umquam; sed matris cura retexit,
  Sedula quam timidi cura tegebat aui.
Tu nouies denos uitam cum duxeris annos,
  Expertus Fortis tela cauenda deae,
Amissum flesti per trina decennia natum
  Saucius: hoc leto lumine cassus eras.
Dicebas sed te solacia longa fouere,
  Quod mea praecipuus fata maneret honos.
Et modo conciliis animarum mixte priorum
  Fata tui certe nota nepotis habes.
Sentis, quod quaestor, quod te praefectus et idem
  Consul honorifico munere conmemoro.

[164] V. AEMILIA CORINTHIA MAVRA AVIA.

Aemiliam nunc fare auiam, pia cura nepotis,
  Coniunx praedicto quae fuit Arborio.
Nomen huic ioculare datum: cute fusca quod olim

---

13 grassantes *V corr. Lugdun.* | pabentem *V* 14 emilie *V* 16 fesso *Lugdun.* ferro *V* 17 fatis *V corr. Lugdun.* 19 igno//ta *V* 21 non: *alt.* n *in ras. al. V* | in atris *V corr. Pithoeus* 22 quod *Heinsius* quo *V* | aui *Lugdun.* ui *V* 23 nobies *V* | uitae *Axt* | quum *V* 24 deae] dae *V corr. Lugdun.* 25 flesti *Scaliger 1, 8* fletu *V* | per *Peiper* post *V* | n/atum: n *al. in ras. V* 26 ocletuo *V* hoc leto *Brandes* | cassus//: s *in ras. al.* (*ex* rus ?) *V* 29 mixta *V corr. Vinetus* | piorum *uel* piarum *Vinetus* 30 abes *V*

V EMILIA CORINTIA *V* 2 coniux *V*

Aequales inter Maura uocata fuit.
Sed non atra animo, qui clarior esset olore
Et non calcata qui niue candidior.
Et non deliciis ignoscere prompta pudendis
Ad perpendiculum seque suosque habuit.
Haec me praereptum cunis et ab ubere matris
Blanda sub austeris inbuit inperiis.
Tranquillos auiae cineres praestate, quieti
Aeternum manes, si pia uerba loquor.

[165] VI. AEMILIA HILARIA MATERTERA VIRGO DEVOTA.

Tuque gradu generis matertera, sed uice matris
Adfectu nati commemoranda pio,
Aemilia, in cunis Hilari cognomen adepta,
Quod laeta et pueri comis ad effigiem:
Reddebas uerum non dissimulanter ephebum,
More uirum medicis artibus experiens.
Feminei sexus odium tibi semper et inde
Creuit deuotae uirginitatis amor.
Quae tibi septenos nouies est culta per annos
Quique aeui finis, ipse pudicitiae.
Haec, quia uti mater monitis et amore fouebas,
Supremis reddo filius exequiis.

[166] VII. CL. CONTEMTVS ET IVLIVS CALLIPPIO PATRVI.

Et patruos, elegea, meos reminiscere cantu:
Contemtum, tellus quem Rutupina tegit.

---

6 nibe *V* 7 promta *V* 8 abuit *V* 9 et me *Peiper* haemae *V* haec me *Lugdun.* 12 uerua locor *V*

VI ilaria *V* | devota (e *al. in ras.*) *V* 2 affectu *V* 3 ilari *V* 5 epebum (h *olim ss. post erasum*) *V* 8 de/uote (t *uel* s *eras.*) *V* 9 quae *Lugdun.* qua *V* | nobi/es est (s *eras.*, est *ex corr. al.*, nobis esset V^1 *t. Schenklio*) *V* 10 puditie V^1 11 ut *V corr. Lugdun.* | fobebas *V* 12 suppremis *V*

VII cotētus *V* contentvs *Lugdun.* | calippio *V* 1 parnos *V corr. Lugdun.* | cantus *V corr. Lugdun.* 2 contemtum *V* | ruptupinna *V*

Magna cui et uariae quaesita pecunia sortis
  Heredis nullo nomine tuta perit.
Raptus enim laetis et adhuc florentibus annis
  Trans mare et ignaris fratribus oppetiit.
Iulius in longam produxit fata senectam,
  Adfectus damnis innumerabilibus.
Qui comis blandusque et mensa commodus uncta
  Heredes solo nomine nos habuit.
Ambo pii, uultu similes, ioca seria mixti,
  Aeui fortunam non habuere parem.
Discreti quamquam tumulis et honore iacetis,
  Commune hoc uobis munus habete: uale.

[167] VIII. ATTVSIVS LVCANVS TALISIVS SOCER.

Qui proceres ueteremque uolet celebrare senatum
  Claraque ab exortu stemmata Burdigalae,
Teque tuumque genus memoret, Lucane Talisi,
  Moribus ornasti qui ueteres proauos.
Pulcher honore oris, tranquillo pectore comis,
  Facundo quamuis maior ab ingenio:
Venatu et ruris cultu uictusque nitore
  Omne aeuum peragens, publica despiciens:
Nosci inter primos cupiens, prior esse recusans,
  Ipse tuo uiuens segregus arbitrio.
Optabas tu me generum florente iuuenta:
  Optare hoc tantum, non et habere datum.
Vota probant superi meritisque fauentia sanctis
  Inplent fata, uiri quod uoluere boni.
Et nunc perpetui sentis sub honore sepulcri,
  Quam reuerens natae quamque tui maneam.

4 eredis V^1 | tuta] cauta *Peiper* 5 aduc V^1 8 affectus *V* | innumerauilibus V^1 10 Eredes *V* 12 ^{h}abu^{e}re (*al.* h *et* e *ss*) *V* 13 onore V^1 14 nobis (ub̄) *uel* nostrum (n͠m) *Peiper* uerui V^1 | abete *V*

VIII 5 pulcer *V* 6 quamuis (*olim* que cluis) *Peiper* cinis *V* 11 obtabas *V* | iubenta *V* 12 obtare *V* | abere *V* 13 fabentia *V* 16 referens *V* *corr. Lugdun.*

Caelebs namque gener haec nunc pia munera solvo:
Nam et caelebs numquam desinam et esse gener.

[168] VIIII. ATTVSIA LVCANA SABINA VXOR.

Hactenus ut caros, ita iusto funere fletos
Functa piis cecinit nenia nostra modis.
Nunc dolor atque cruces nec contrectabile uulnus,
Coniugis ereptae mors memoranda mihi.
Nobilis a proauis et origine clara senatus,
Moribus atque bonis clara Sabina magis.
Te iuuenis primis luxi deceptus in annis
Perque nouem caelebs te fleo Olympiadas.
Nec licet obductum senio sopire dolorem:
Semper crudescit nam mihi paene recens.
Admittunt alii solacia temporis aegri:
Haec grauiora facit uulnera longa dies.
Torqueo deceptos ego uita caelibe canos
Quoque magis solus, hoc mage maestus ago.
Vulnus alit, quod muta domus silet et torus alget,
Quod mala non cuiquam, non bona participo.
Maereo, si coniunx alii bona; maereo contra,
Si mala: ad exemplum tu mihi semper ades.
Tu mihi crux ab utraque uenis: siue est mala, quod tu
Dissimilis fueris; seu bona, quod similis.

---

18 nam *del. Peiper* | celeps *V* | desinam et *Heinsius* desinet *V*

VIIII 2 cecinit: t *ex* a *al.? V* 3 adque crucés *V* | contrectauile *V* | uulnus *Peiper* fulmen *V* 4 mici *V* 5 clara *Lugdun.* cla *V* 6 moribus atque *Peiper* moribusque (b *in* b^s *al.*) *V* moribus usque *Lugdun.* 7 inbenis *V* | luxu *V corr. Vinetus* | deceptus/ (q *eraso?*) *V* 8 nobem *V* | celeps *V* | olimpiadas *V* 10 mici *V* | pena *V* paene *Heinsius* 12 grabiora *V* 13 canus *V corr. Lugdun.* 15 uolnus *V* 17 merec ontra (re *al. in ras. unius* r *litt.*, o *al. ss.*) *V* 18 mici *V* 19 mici *V* | sibe *V* 20 gaudia: *pr.* a *ex* l *incepto statim corr. V*

Non ego opes cassas et inania gaudia plango,
  Sed iuuenis iuueni quod mihi rapta uiro.
Laeta, pudica, grauis, genus inclita et inclita forma,
  Et dolor atque decus coniugis Ausonii.
Quae modo septenos quater inpletura Decembres
  Liquisti natos, pignera nostra, duos.
Illa fauore dei, sicut tua uota fuerunt,
  Florent, optatis adcumulata bonis.
Et precor, ut uigeant tandemque superstite utroque
  Nuntiet hoc cineri nostra fauilla tuo.

[169] X. AVSONIVS PARVVLVS FILIVS.

Non ego te infletum memori fraudabo querella,
  Primus, nate, meo nomine dicte puer:
Murmura quem primis meditantem absoluere uerbis
  Indolis et plenae planximus obsequiis.
Tu gremio in proaui funus commune locatus,
  Inuidiam tumuli ne paterere tui.

[170] XI. PASTOR NEPOS EX FILIO.

Tu quoque maturos, puer inmature, dolores
  Interrupisti luctus acerbus aui,
Pastor care nepos, spes cuius certa fuit res,
  Hesperii patris tertia progenies.
Nomen, quod casus dederat (quia fistula primum
  Pastorale melos concinuit genito),
Sero intellectum uitae breuis argumentum:
  Spiritus adflatis quod fugit e calamis.

---

21 mici *V* 22 grabis *V* 23 adque *V* 27 fabore *V* 28 obtatis *V* | accumulata *V*

X PARBULUS *V* 1 fraudauo *V* 3 ueruis *V* 4 et] at *uel* ut *Toll* | pene *V* plene *Lugdun., corr. Toll* | obsequiis *Peiper* exequiis *ex* exequis *pr. V*

XI 2 Interrupisti *Peiper* inrumpis mesti *V* | aceruus *V* 5 nomine *V corr. Peiper* 7 breuis *V* 8 afflatis *V* | quod] *f.* ceu | *deleto post* calamis *puncto.*

Occidis emissae percussus pondere testae,
  Abiecit tecto quam manus artificis.
Non fuit artificis manus haec: manus illa cruenti
  Certa fuit fati suppositura reum.
Heu, quae uota mihi, quae rumpis gaudia, Pastor!
  Illa meum petiit tegula missa caput.
Dignior o, nostrae gemeres qui fata senectae
  Et quererere meas maestus ad exequias!

[171] XII. IVLIA DRYADIA SOROR.

Si qua fuit uirtus, cuperet quam femina prudens
  Esse suam, soror hac Dryadia haud caruit.
Quin etiam multas habuit, quas sexus habere
  Fortior optaret nobilitasque uirum.
Docta satis uitamque colu famamque tueri,
  Docta bonos mores ipsa suosque docens.
Et uerum uita cui carius unaque cura
  Nosse deum et fratrem diligere ante alios.
Coniuge adhuc iuuenis caruit, sed seria uitans
  Moribus austeras aequiperauit anus
Produxitque hilarem per sena decennia uitam,
  Inque domo ac tecto, quo pater, oppetiit.

---

10 quā: ∸ *al. ut uid.* *V* 11 artificima manus hec est (s *ss*, ma *del.*, hec *in* hęc, *rasura post* hec?, est *expunxit al. m.*) *V* 12 suppositura: s *ni f. eras. super* sup *V* 13 mici V 16 adsequias (ex) *V*

XII DRIADIA *V* 1 cuperet: er *ex* rr *V* 2 driadia *V* | haud caruit *Peiper* non ruit (o *in* a *al*, *alt.* n *del.*, *ut prodiret* driadiana, *postea al. m.* na *syll. del.*) *V* emeruit *Heinsius* 3 abuit V^1 | abere V^1 4 obtaret *V* | nouilitas V^1 5 colu V^1 9 aduc *V* | iubenis *V* | uitans *Peiper*, uitam *V* 10 equiperauit: *rasura super* e *V* 11 que hilarem *Peiper* celerem (b *ut uid. eras. super* e) *V* caelebs *Heinsius* celebem *Baehrens* 12 hac V^1 | tecto *V* lecto *Heinsius*

[172] XIII. AVITIANVS FRATER.

Auitianum, Musa, germanum meum
  Dona querella funebri.
Minor iste natu me, sed ingenio prior
  Artes paternas inbibit.
Verum iuuentae flore laeto perfrui
  Aeuique supra puberis
Exire metas uetuit infesta Atropos.
  Heu quem dolorem * sociis!
Heu quanta uitae decora, quem cultum spei,
  Germane, pubes deseris,
Germane carnis lege et ortu sanguinis,
  Amore paene filius.

[173] XIIII. VAL. LATINVS EVROMIVS GENER.

O generis clari decus, o mihi funus acerbum,
  Euromi, e iuuenum lecte cohorte gener,
Occidis in primae raptus mihi flore iuuentae,
  Lactantis nati uix bene note pater.
Tu procerum de stirpe satus, praegressus et ipsos,
  Vnde genus clarae nobilitatis erat,
Ore decens, bonus ingenio, facundus et omni
  Dexteritate uigens praecipuusque fide.
Hoc praefecturae sedes, hoc Illyris ora
  Praeside te experta est, fiscus et ipse cliens.

XIII abitianus *V* Metro iābico | Primus uersus | senarius | alter qui se | quitur qua | ternarius *al. marg. V* 4 artis V^1 7 infestatropos *V* 8. 9 Heu quanta uite (ę *al.*) decora | quem cultum spei quem dolorem sociis *V*, heu *repetito uerba transposuit Gronouius:* sauciis *Scaliger 1, 8* 11 hortu V^1

XIIII vallatinus (*dist. Scaliger 1, 8*) euronius *V* 1 mici *V* | aceruum V^1 2 iubenum V^1 lecteque V^1 3 mici *V* 6 nouilitatis V^1 9 sedis V^1 | illir.^{is} *ex* illis *pr. V* 10 cluens *V corr. Lugdun.*

Nil aeui breuitate tamen tibi laudis ademptum:
Indole maturus, funere acerbus obis.

[174] XV POMPONIVS MAXIMVS ADFINIS.

Et te germanum non sanguine, sed uice fratrís,
Maxime, defunctum nenia nostra canet.
Coniunx namque meae tu consociate sorori
Aeui fruge tui destituis uiduam.
Non domus hoc tantum sensit tua: sensit acerbum
Saucia pro casum curia Burdigalae
Te primore uigens, te deficiente relabens
Inque Valentinum te moriente cadens.
Heu quare nato, qui fruge et flore nepotum
Ereptus nobis, Maxime, non frueris?
Set frueris, diuina habitat si portio manes
Quaeque futura olim gaudia, nosse datur.
Longior hic etiam laetorum fructus habetur
Anticipasse diu, quae modo participas.

[175] XVI. VERIA LICERIA VXOR ARBORII SORORIS FILII.

Tu quoque siue nurus mihi nomine, uel uice natae,
Veria, supremi carmen honoris habe.
Cuius si probitas, si forma et fama fidesque
Morigerae uxoris lanificaeque manus
Nunc laudanda forent, procul et de manibus imis
Accersenda uxor est proaui Eusebii.

---

11 aebi *V* | brebitate *V*¹ | ademtum *V*¹ 12 aceruus *V*¹

XV POMP. *V* 2 defunctum *Brandes* deuinctum *V* | canent *V* *corr. Vinetus* 5 aceruum *V*¹ 6 pro *Scaliger 1, 8* per (p) *V* 7 uigen^{s} (s *al. ss.*) *V* 9 qui] qui^{a} (*al.* a *ss.*) *V* quid *Baehrens* quur *Heinsius* 11 set] *V*¹ | abitat *V*¹ 13 abetur *V*¹

XVI 1 siue *Peiper*, uel *V* | mici *V* | uel *V* seu *Peiper* 2 onoris *V*¹ 3 prouitas *V*¹ 4 morigere$\overset{v}{e}$xoris (re *in* rę *al.*, v *nescio an pr. m. ss.*) *V* 6 uxor est *V* esset uox *Vinetus* (foret uox *Mommsen*)

Qui quoniam functo iam pridem conditus aeuo
Transcripsit partes in mea uerba suas,
Accipe funereas, neptis defleta, querellas,
Coniunx Arborii commemoranda mei,
Cui parua ingentis luctus solacia linquens
Destituis natos, quo magis excrucias.
At tibi dilecti ne desit cura mariti,
Iuncta colis thalamo nunc monumenta tuo.
Hic, ubi primus hymen, sedes ibi maesta sepulcri:
Nupta magis dici quam tumulata potes.

[176] XVII. POMPONIVS MAXIMVS HERCVLANVS SORORIS FILIVS.

Nec germana genitum te
Modulamine nenia tristi
Tacitum sine honore relinquat:
Super indole cuius adulti
Magnae bona copia laudis.
Verum memorare magis quam
Functum laudare decebit.
Decus hoc matrisque meumque
In tempore puberis aeui
Vis perculit inuida fati.
Eheu quem, Maxime, fructum,
Facunde et musice et acer,
Mentem bonus, ingenio ingens,
Volucer pede, corpore pulcher,
Lingua catus, ore canorus.

---

7 fu^{n}cto (n *al., erasa ni f. super* u *lineola*) *V* 8 perua V^1 11 parba V^1 | ingenitis *V corr. Lugdun.* 12 nato *V corr. Heinsius* 13 Hac V^1 at V^2 14 talamo *V* 15 sedis *V corr. Lugdun.*

XVII POMP. MAX ERCVLANVS *V* 1 nec erculanum genitum germana mea *V corr. Peiper* 3 onore V^1 9 pu^{b}eris *al.* b *ss. V* 11 eheu] ehe *Scaliger 1, 8* ęae V^1 ee V^2 12 Facund^{e} (F *al. ex* E) *V* 13 mente *V corr. Gronouius* 14 pulcer *V* 15 catus *Scaliger 1, 8* facetus *V*

Cape munera tristia patrum,
Lacrimabilis orsa querellae,
Quae funereo modulatu
Tibi maestus avunculus offert.

[177] XVIII. FL. SANCTVS MARITVS PVDENTILLAE QVAE SOROR SABINAE MEAE.

Qui ioca laetitiamque colis, qui tristia damnas
Nec metuis quemquam nec metuendus agis,
Qui nullum insidiis captas nec lite lacessis,
Sed iustam et clemens uitam agis et sapiens:
Tranquillos manes supremaque mitia Sancti
Ore pio et uerbis aduenerare bonis.
Militiam nullo qui turbine sedulus egit,
Praeside laetatus quo Rutupinus ager,
Octoginta annos cuius tranquilla senectus
Nullo mutauit deteriore die.
Ergo precare fauens, ut qualia tempora uitae,
Talia et ad manes otia Sanctus agat.

[178] XVIIII. NAMIA PVDENTILLA ADFINIS.

Tuque Pudentillam uerbis adfare supremis,
Quae famae curam, quae probitatis habes.
Nobilis haec, frugi, proba, laeta, pudica, decora,
Coniugium Sancti iugiter haec habuit.

---

16 munus triste *Scaliger 1, 8* | patrum *Peiper* parentum *V* 17 lacrimauilis *V*[1] | ors *V* orsa *Scaliger 1, 8* 18 funereo /// modulatus ore (*ex* funere omod. *al.*) *V corr. Schenkl.* funereum modulatus *Scaliger 1, 8* 19 metus *V corr. Lugdun.* | auungulus *V*

XVIII PRVDENTILLE q[s] soror sabinemę *V* q. (*i.* quondam) SORORIS *Mommsen* 2 quenquam *V* 4 iusta *V corr. Scaliger* | et sapiens *Scaliger 1, 8* et *om. V* 5 mittia *V corr. Scaliger 1, 8* 6 prio *V corr. Lugdun.* | ueruis *V* 7 qui *om. V*[1] 8 rumptupinus *V* 9 octuginta *V* 11 fabens *V*

XVIIII 1 ueruis *V* 2 prouitatis abes *V* 3 nouilis *V* 4 [a]buit *V*

Inuiolata tuens castae praeconia uitae
Rexit opes proprias otia agente uiro:
Non ideo exprobrans aut fronte obducta marito,
Quod gereret totam femina sola domum.
Heu nimium iuuenis, sed laeta superstite nato
Atque uiro, patiens fata suprema obiit:
Vnanimis nostrae et quondam germana Sabinae
Et mihi inoffenso nomine dicta soror.
Nunc etiam manes placidos pia cura retractat
Atque Pudentillam fantis honore colit.

XX. LVCANVS TALISIVS EORVM FILIVS.

Nec iam tu, matris spes unica, ephebe Talisi,
Consobrine meus, inmemoratus eris,
Ereptus primis aeui florentis in annis,
Iam tamen et coniunx, iam properate pater.
Festinasse putes fatum, ne funus acerbum
Diceret hoc genitor tam cito factus auus.

XXI. ATTVSIA LVCANA TALISIA ET MINVCIVS REGVLVS ADFINES.

Notitia exilis nobis, Attusia, tecum,
Cumque tuo plane coniuge nulla fuit.
Verum tu nostrae soror es germana Sabinae,
Adfinis quoque tu, Regule, nomen habes.

---

6 obes *V*[1]   8 generet *V corr. Lugdun.*   9 iubenis *V* | superstitite *V*   10 adque *V*   11 condam *V*   12 mici *V*   13 retractet *V corr. Lugdun.*   14 adque *V* | onore *V*

XX eorum filius *Brandes* cvrȧ filii *V*   1 iam tu *Bolt* tȧtu̇ *V* | ephoebe talis- *V corr. Lugdun.*   2 meus *Toll* meis *V*   3 primus *V corr. Lugdun.*   5 acerbus: us *ex* u̇ *V*   6 duceret *Lugdun.* | factu *V corr. Lugdun.*

XXI *inscr. litt. minutis V* | thalisia erminus[cius] *V* et Minucius *Heinsius* | adfinis *V corr. Peiper*   2 qum *V*   4 tu *om. V add. Lugdun.* | regule: r *ex* s? *V* | abes *V*

Sortitos igitur tam cara uocabula nobis
Stringamus maesti carminis obsequio.
Quamuis Santonica procul in tellure iacentes
Peruenit ad manes exequialis honor.

[181] XXII. SEVERVS CENSOR IVLIANVS CONSOCER.

Desinite, o ueteres, Calpurnia nomina, Frugi
Vt proprium hoc uestrae gentis habere decus.
Nec solus semper censor Cato nec sibi solus
Iustus Aristides his placeant titulis.
Nam sapiens quicumque fuit uerumque fidemque
Qui coluit, comitem se tibi, Censor, agat.
Tu grauis et comis cum iustitiaque remissus,
Austeris doctus iungere temperiem.
Tu non adscito tibi me nec sanguine iuncto
Optasti nostras consociare domos.
Nempe aliqua in nobis morum simulacra tuorum
Effigies nostri praebuit ingenii:
Aut iam Fortunae sic se uertigo rotabat,
Vt pondus fatis tam bona uota darent.
Si quid aput manes sentis, fouet hoc tibi mentem,
Quod fieri optaras, id uoluisse deum.

[182] XXIII. PAVLINVS ET DRYADIA FILII PAVLINI ET MEGENTIRAE SORORIS FILIAE.

Qui nomen uultumque patris, Pauline, gerebas,
Amissi specimen quĭ genitoris eras:

---

7 san^{c}tonica *V* | iacẽtes (˜ *ex* ·) *V* 8 exsequialis *V*

XXII *inscr. litt. minutis V* | consocer] *sic V* 1 o *ss. V* 2 abere *V* 4 aristidis *V corr. Lugdun.* 7 grabis *V* | comes (s *al. ex* r ?) *V corr. Lugdun.* 9 sang^{v}ine (g *litt. cauda in ras. al.*) *V* | iungo V^1 10 obtatis *V corr. Lugdun.* 11 aliquā in *V corr. Lugdun.* 13 furtune *V* 15 quid *Lugdun.* qua *V* | fobet *V* 16 obtaras *V* | *sequitur uersus uacuus V*

XXIII *inscr. litt. minutis V* | diadria fili *V* | filia *V corr. Scaliger* | *post inscr. uersus uacuus V*

Propter quem luctus miserae decedere matris
Coeperat, offerret cum tua forma patrem,
Redderet et mores et moribus adderet illud,
Paulinus caruit quo pater, eloquium:
Eriperis laetis et pubescentibus annis
Crudaque adhuc matris pectora sollicitas.
Flemus enim raptam thalami de sede sororem,
Heu non maturo funere, Dryadiam.
Flemus, ego in primis, qui matris auunculus, ac uos
Natorum tamquam diligo progeniem.
Illa manus inter genetricis et oscula patris
Occidit, Hispana tu regione procul.
Quam tener et primo noue flos decerperis aeuo,
Nondum purpureas cinctus ephebe genas!
Quattuor ediderat nunc functa puerpera partus,
Funera set tumulis iam geminata dedit.
Sit satis hoc, Pauline pater; diuisio facta est:
Debetur matri cetera progenies.

[183] XXIIII. PAVLINVS SORORIS GENER.

Qui laetum ingenium, mores qui diligit aequos
Quique fidem sancta cum pietate colit,

XXIII 19 CIG 6791 (Kaibel 675) epigramma Burdigalae repertum:

Λείψανα Λουκίλλης διδυματόκου ἐνθάδε κεῖτε,
ἧς μεμέρισται βρέφη, ζωὸν πατρί, θάτερον αὐτῇ.

cf. Anth. Pal. VII 464 (*Ἀντιπάτρου*) et 465 (*Ἡρακλείτου*).

---

3 decede^{re} *al. coaeua m. ss. V* 4 ceperat *V* | offert (t *del.*, ret *coaeua m. ss.*) *V* 5 illud V^2 illum V^1 6 ca/ruit *V* 8 aduc V^1 9 talami *V* 10 HEu: H *uersi praefix. V* driadiam *V* 11 auuncul^{v}s (v *al. ss*) *V* | /auos *ex* acuos *V* 14 ^{h}ispana (h *pr. ss.*) *V* | tu V^1 *Heinsius*, tū V^2 16 nobe V^1 | decerp^{s}eris *V* 16 purpureas: *alt.* p *ex* r *al. V* | cinctu^s (s *al.*) *V* | ep^{h}ebe *V* 17 ed^{i}derat *V* | tunc *Heinsius* | functa *Peiper* facta *V* 20 deuetur V^1

XXIIII *post inscr. uersus uacuus V* 1 ^{di}ligit *V* 2 sanctam V^1

Paulini manes mecum ueneratus amicis
  Inroret lacrimis annua liba ferens.
Aequaeuus, Pauline, mihi natamque sororis
  Indeptus thalamo: sic mihi paene gener.
Stirpis Aquitanae mater tibi: nam genitori
  Cossio Vasatum, municipale genus.
Scrinia praefecti meritus, rationibus inde
  Praepositus Libycis praemia opima capis.
Nam correcturae tibi Tarraco Hibera tribunal
  Praebuit, adfectans esse clienta tibi.
Tu socrum pro matre colens adfinis haberi
  Non poteras, nati cum fruerere loco.
Inter concordes uixisti fidus amicos,
  Duodeuiginti functus Olympiadas.

[184] XXV. AEMILIA DRYADIA MATERTERA.

Te quoque Dryadiam materteram
  Flebilibus modulis
Germana genitus, prope filius,
  Ore pio ueneror.
Quam thalamo taedisque iugalibus
  Inuida mors rapuit;
Mutauitque torum feretri uice
  Exequialis honor.
Discebas in me, matertera
  Mater uti fieres.
Vnde modo hoc maestum tibi defero
  Filius officium.

---

3 amicus V^1 5 equaebus *V* | mici *V* 6 adeptus *V* *corr. Scaliger 1, 8* | talamo *V* | mici *V* 8 cossi° (o *al. ss.*) *V* 10 liuycis *ex* liuicis *pr. V* 11 ibera V^1 13 aberi V^1 14 fruere V^1 16 funtus V^1 | olimpiadas *V*

XXV *ante et post inscr. uersus uacuus V* | *inscr. litt. minutis* emilia driadia ////// matertera *V* 1 Tu *V corr. Lugdun.* | driadiam *V* 2 fleuilibus *V* 5 talamo *V* 7 mutabit *V*

[185] XXVI. IVLIA CATAPHRONIA AMITA.

Quin et funereis amitam inpertire querellis,
  Musa, Cataphroniam.
Innuba deuotae quae uirginitatis amorem
  Parcaque anus coluit:
Et mihi, quod potuit, quamuis de paupere summa,
  Mater uti, adtribuit.
Ergo commemorata haue maestumque uocata
  Pro genetrice uale.

[186] XXVII. IVLIA VENERIA AMITA.

Et amita Veneria properiter obiit:
Cui breuia melea modifica recino:
Cinis ut placidulus ab opere uigeat,
Celeripes adeat loca tacita Erebi.

[187] XXVIII. IVLIA IDALIA CONSOBRINA.

Parua etiam fuit Idalia,
Nomine praedita quae Paphiae
Et speciem meruit Veneris.
Quae genita est mihi paene soror:
Filia nam fuit haec amitae.
Quam celebrat sub honore pio
Nenia carmine funereo.

[188] XXVIIII. AEMILIA MELANIA SOROR.

Aemilia et, uix nota mihi soror, accipe questus,
  Debent quos cineri maesta elegea tuo.

XXVI catafronia *V* 2 catafroniam *V* 5 mici *V* | quamui^{s} *V* 7 abe *V* aue *Lugdun.* haue *Raehse*

XXVII 1 beneria *V* 2 melea *LMueller* mela *V* 3 ab opere *Peiper* opta *V* 4 celeripes et adeat loca tacita erebi (ereui V^1) *V* et *del. Peiper*, loca tacita celeripes adeat Erebi *Scaliger 1, S*

XXVIII consvbrina *V* 4 mici *V* 3 specie *Brandes*

XXVIIII emilia *V* 1 Emilia mix *V* et uix *Hartel* o uix *Peiper* 2 elegaea V^1

Coniunxit nostras aequaeua infantia cunas,
  Vno quamuis tu consule maior eras.
Inuida set nimium Lachesis properata peregit
  Tempora et ad manes funera acerba dedit.
Praemissa ergo uale manesque uerere parentum,
  Qui maiore aeuo quique minore uenit.

[189] XXX. POMPONIA VRBICA CONSOCRVS VXOR IVLIANI CENSORIS.

Vt generis clari, ueterum sic femina morum,
  Vrbica, Censoris nobilitata toro;
Ingenitis pollens uirtutibus auctaque et illis,
  Quas docuit coniunx, quas pater et genetrix:
Quas habuit Tanaquil, quas Pythagorea Theano
  Quaeque sine exemplo in nece functa uiri.
Et tibi si fatum sic permutare dedisset,
  Viueret hoc nostro tempore Censor adhuc.
Set neque tu uiduo longum cruciata sub aeuo
  Protinus optato fine secuta uirum.
Annua nunc maestis ferimus tibi iusta querellis
  Cum genero et natis consocer Ausonius.

---

5 lacesis *V* 6 acerua *V* 8 quinque *V corr. Lugdun.*

XXX pōpania *V* 3 ingen[i]tis *V* 4 cōlux: cōl *in ras. pr. V* 5 abuit V^1 | phithagorea (ph *ex* pb *al.*) *V* 6 exemplo est *Lugdun.* | in nece] in uice *Heinsius* 7 si *om. V add. Lugdun.* 8 aduc V^1 9 biduo *V* 10 obtato *V* | seq[v]uta *V* 11 tiui *V* *F* tiniunt parentela *antiq. m. add. V*

V

COMMEMORATIO

[190—216] P R O F E S S O R V M

BVRDIGALENSIVM.

[190] PRAEFATIO.

Vos etiam, quos nulla mihi cognatio iunxit,
  Set fama et carae relligio patriae,
Et studium in libris et sedula cura docendi,
  Commemorabo uiros morte obita celebres.
Fors erit, ut nostros manes sic adserat olim,
  Exemplo cupiet qui pius esse meo.

[191] I. TIBERIVS VICTOR MINERVIVS ORATOR.

Primus Burdigalae columen dicere, Minerui,
  Alter rhetoricae Quintiliane togae.
Inlustres quondam quo praeceptore fuerunt
  Constantinopolis, Roma, dehinc patria,
Non equidem certans cum maiestate duarum,
  Solo set potior nomine, quod patria.

V *inscr.* INCIPIT *praefig.* *V* 1 mici *V* 2 religio *V*
em
4 commemorauo *V*¹ 6 explo (*al. corr.*) *V*
I (*numeri om.* *V*) MINERIBIVS *V* 2 rethorice *V*

Adserat usque licet Fabium Calagurris alumnum,
  Non sit Burdigalae dum cathedra inferior.
Mille foro dedit hic iuuenes; bis mille senatus
  Adiecit numero purpureisque togis;
Me quoque: set quoniam multa est praetexta, silebo
  Teque canam de te, non ab honore meo.
Siue panegyricis placeat contendere libris,
  In Panathenaicis tu numerandus eris;
Seu libeat fictas ludorum euoluere lites,
  Ancipitem palmam Quintilianus habet.
Dicendi torrens tibi copia, quae tamen aurum,
  Non etiam luteam uolueret inluuiem.
Et Demosthenicum, quod ter primum ille uocauit,
  In te sic uiguit, cedat ut ipse tibi.
Anne et diuini bona naturalia doni
  Adiciam, memori quam fueris animo,
Audita ut uel lecta semel ceu fixa teneres,
  Auribus et libris esset ut una fides?
Vidimus et quondam tabulae certamine longo
  Omnes, qui fuerant, te numerasse bolos,
Alternis uicibus quot praecipitante rotatu
  Fundunt excisi per caua buxa gradus:
Narrantem fido per singula puncta recursu,
  Quae data, per longas quae reuocata moras.
Nullo felle tibi mens liuida, tum sale multo
  Lingua dicax blandis et sine lite iocis.
Mensa nitens, quam non censoria regula culpet
  Nec nolit Frugi Piso uocare suam:
Nonnumquam pollens natalibus et dape festa,
  Non tamen angustas ut tenuaret opes.

---

7 fauium V^1 9 iubenes uis *V* 11 sileuo *V* 13 panegiricos p. c. libros *V corr. Toll* 14 liueat V^1 | euolberė *V* 15 ancipitē (÷ *al*?) *V* | auet V^1 habet V^2 19 ter *Lugdun.* te *V* 20 caedat *V* 23 ut *Lugdun.* aut *V* 26 te numerasse *Baehrens* enumerasse *V* te enumerasse *Brandes* 27 quot *Baehrens* quos *Lugdun.* quo *V* | praecipitāte (a *ex* e) *V* 33 culpat *V corr. Scaliger* 36 agustas *corr. Lugdun.*

Quamquam heredis egens, bis sex quinquennia functus,
  Fletus es a nobis ut pater et iuuenis.
Et nunc, siue aliquid post fata extrema superfit,
  Viuis adhuc aeui, quod periit, meminens:
Siue nihil superest nec habent longa otia sensus,
  Tu tibi uixisti: nos tua fama iuuat.

[192] II. LATINVS ALCIMVS ALETHIVS RHETOR.

Nec me nepotes impii silentii
  Reum ciebunt, Alcime,
Minusque dignum, non et oblitum ferent
  Tuae ministrum memoriae,
Opponit unum quem uiris prioribus
  Aetas recentis temporis.
Palmae forensis et camenarum decus,
  Exemplar unum in litteris,
Quas aut Athenis docta coluit Graecia,
  Aut Roma per Latium colit.
Moresne fabor et tenorem regulae
  Ad usque uitae terminum?
Quod laude clarus, quod operatus litteris
  Omnem refugisti ambitum?
Te nemo grauior uel fuit comis magis
  Aut liberalis indigis,
Danda salute, si forum res posceret;
  Studio docendi, si scholam.
Viuent per omnem posterorum memoriam,
  Quos tu sacrae famae dabas

---

37 tamquam *V corr. Toll* | eredis *V*¹ 38 nobis (b *ex* u *pr.*) *V* 42 iubat *V*

II ALCINVS (*corr. Lugdun.*) *et* RETHOR *V* | *Γ* metro iambico *al. marg. V* 4 ministrū (‾ *pro* ∸) *V* 6 rec/entis (c *ex* t?) *V* 9 at^{h}enis *V* 11 fauor *V marg.* [illegible] (*i.* NOTA) *V* 13 operatus *Sebis.* paratus *V* 16 lineralis *V* 18 si: i *al. V* 20 sacratae famae das *V corr. Goropius*, sacrasti litteris *Schenkl*

Et Iulianum tu magis famae dabis
  Quam sceptra, quae tenuit breui.
Sallustio plus conferent libri tui,
  Quam consulatus addidit.
Morum tuorum, decoris et facundiae
  Formam dedisti filiis.
Ignosce nostri laesus obsequio stili:
  Amoris hoc crimen tui est,
Quod digna nequiens promere officium colo,
  Iniuriose sedulus.
Quiesce placidus et caduci corporis
  Damnum repende gloria.

[193] III. LVCIOLVS RHETOR.

Rhetora Luciolum, condiscipulum atque magistrum
  Collegamque dehinc, nenia maesta refer,
Facundum doctumque uirum, seu lege metrorum
  Condita seu prosis solueret orsa modis.
Eripuit patri Lachesis quem funere acerbo
  Linquentem natos sexu in utroque duos:
Nequaquam meritis cuius responderit heres
  Obscurus, quamuis nunc tua fama iuuet.
Mitis amice, bonus frater, fidissime coniunx,
  Nate pius, genitor: paenitet, ut fueris.
Comis conuiuis, numquam inclamare clientes,
  Ad famulos numquam tristia uerba loqui.
Vt placidos mores, tranquillos sic cole manes
  Et cape ab Ausonio munus: amice, uale.

---

22 braeui *V* 23 salustio *V* 30 sedulis *V corr. Lugdun.* 31 corpori/s

III retor *V* 1 retora *V* | cum discipulo *V corr. Vinetus* | adque *V* 2 refert *V corr Lugdun.* 4 prorsis *Pulmann* solueredorsa *V* | modis: s *rescr. al. V* 5 lacesis *V* | aceruo *V* 6 sexu in *Pulmann*, sexui *V* 7 ^{h}eres *V* | obscuros *V corr. Peiper* 9 mittis *V* | coniux *V* 10 poenitet *V* 11 cōuiuis *V* | *marg.* [illegible] *V*

[194] IIII. ATTIVS PATERA [PATER] RHETOR.

Aetate quamquam uiceris dictos prius,
  Patera, fandi nobilis:
Tamen, quod aeuo floruisti proximo
  Iuuenisque te uidi senem,
Honore maestae non carebis neniae,
  Doctor potentum rhetorum.
Tu Baiocassi stirpe Druidarum satus,
  Si fama non fallit fidem,
Beleni sacratum ducis e templo genus,
  Et inde uobis nomina:
Tibi Paterae: sic ministros nuncupant
  Apollinares mystici.
Fratri patrique nomen a Phoebo datum
  Natoque de Delphis tuo.
Doctrina nulli tanta in illo tempore
  Cursusque tot fandi et rotae:
Memor, disertus, lucida facundia,
  Canore, cultu praeditus,
Salibus modestus felle nullo perlitis,
  Vini cibique abstemius,
Laetus, pudicus, pulcher, in senio quoque
  Aquilae ut senectus aut equi.

IIII PATER *V del. Vinetus* | RETHOR *V* | metro iambico maior senario minor quaternario *al. marg. V* 1 doctos *V corr. Vinetus* 5 maeste: e *add. al. V* 6 rhetorum *V* 7 bagocassi *V corr. Pithoeus* Baiocassis *Vinetus* 8 famȧ *V* 11 sic *Lugdun.* si *V* 12 apollinaris *V corr. Heinsius* | mistici V 13 fatri *V corr. Lugdun.* 14 quae *V* 16 cursusque rotandi et rota *V corr. Scaliger 1, 9* 17 disertis (v *al.*) *V* 18 carere *V corr. Scaliger 1, 9* | cultu̇ *V corr. Lugdun.* 19 salibus (us *al.*) *V* 21 quoque ut (ut *al. add.*) *V* 22 ///ȧquile (ut *eras.*, ȧ *al. ex* a) *V corr. LMueller.*

[195] V. ATTIVS TIRO DELPHIDIVS RHETOR.

Facunde, docte, lingua et ingenio celer,
Iocis amoene, Delphidi,
Subtextus esto flebili threno patris,
Laudi ut subibas aemulus.
Tu paene ab ipsis orsus incunabulis
Dei poeta nobilis,
Sertum coronae praeferens Olympiae,
Puer celebrasti Iouem.
Mox inde cursim more torrentis freti
Epos ligasti metricum,
Vt nullus aequa lege liber carminum
Orationem texeret.
Celebrata uarie cuius eloquentia
Domi forisque claruit:
Seu tu cohortis praesulem praetoriae
Prouinciarum aut iudices
Coleres, tuendis additus clientibus
Famae et salutis sauciis.
Felix, quietis si maneres litteris
Opus Camenarum colens
Nec odia magnis concitata litibus
Armaret ultor impetus
Nec inquieto temporis tyrannici
Palatio te adtolleres.
71 funeratis *V* fenoratis *P*   72 Dixere quidam *VP corr. Scaliger 2, 1* | legi///fer (i *et* f *in ras.*) *V* | Solon *rubr. V*   73 De] D *initialis omissa P* | scaena *V* scenam *P* | salon *P*   75 set] *V*   76 neque me esse primum uerum unum *VP corr. Peiper* | uerum horum unum *Mommsen*, nec uero imum *Heinsius*   77 Aaequalitas *V*   78 holim *V* | delficus *P* | suasit *Peiper (Heinsius t. Schenkelio)*, ait *VP* iussit *Scaliger*   79 sapientium *P* | foraet *V*[1]   80 nomiũ *P* | inderet *Peiper* incideret *VP*   82 prodio *P* | giro *P* ciro *V* | [so]lon (on *ex* un?) *V*   83 dixisse: x *ex* s? *V* | crhoes° *V* chryso *P*   84 id omnis] ad ōs *P* | sectas ibi *P*   85 est *del. Scaliger 2, 1* | ora telos machro (a *ex* o *pr.*) biu *V* ora tesos mat. (ru biu *om.*) *P*   86 dixeris *Vinetus*, dixeras *V* disseras *P*   88 dicere *Scaliger 2, 2* dicier *VP*   89 euenta *P* | anticipisti *V*[1] (ti *postea eras.*) | in *add. Heinsius om. VP* | statum *V*   91 tirannus *V* | lidiae *V* hodie *P* | chroesus *V* chresus *P*

His in beatis, diues insanum in modum,
Lateribus aureis templa qui diuis dabat.
Is me euocauit. uenio dicto oboediens,
Meliore ut uti rege possint Lydii.
Rogat, beatum prodam, si quem nouerim.
Tellena dico ciuem non ignobilem:
Pro patria pugnans iste uitam obiecerat.
Despexit, alium quaerit; inueni Aglaum:
Fines agelli proprii is numquam excesserat.
At ille ridens: „Quo dein me ponis loco,
Beatus orbe toto qui solus uocor?"
„„Spectandum dico terminum uitae prius:
Tum iudicandum, si manet felicitas.""
Dictum moleste Croesus accepit; ego
Relinquo regem. bellum ille in Persas parat.
Profectus, uictus, uinctus, regi deditus
Stat ille, captans funeris iam instar sui,
Qua flamma totum se per ambitum dabat

---

93 Herod. I 50 Lucian. Charon 11

97 Herod. I 30 Lucian. Charon 10

98 Plin. n. h. VII 151 Pedium felicissimum qui pro patria proxume occubuisset . . . Aglaum Psophidium esse feliciorem.

99 Valerius Max. VII 1, 2 (p. 325, 6 Halm.) Aglaum . . . is erat Arcadum pauperrimus, sed aetate iam senior terminos agelli sui numquam excesserat.

---

92 His in *V* Is (in *om.*) *P* | beatus *VP corr. Scaliger 2, 2* | insanūs *P* 94 His *V* | ueni *VP* uenio *Auantius 1507* | obediens *VP* 95 regē *P* 96 quem] quidem *V*[1] 97 tellena *P* tellana *V* | ignouilem *V*[1] 98 pugn̄s *P* | ste *V*[1] | obiecerāt *V*[1] abiecerat *Graeuius* 99 dexpexit *V* 100 is *add. Peiper, om. VP* 101 at *ex* ad *ut uid. V* | deinde *VP corr. Scaliger* | ponit *P* 105 ch[r]ysus *V* chriesus *P* | accepi *P* | ego] at ego *Vinetus, f.* abeo | accipit, exeo *Scaliger 2, 2* 107 uinctus *om. P* 108 stat *Peiper* at/ *V* at *P* | captans: *alt.* a *ex* e? *V* captans ipse *P* ipse *om. Vp?* | iam *Peiper, om. VP* 109 qua *V* qui *P* | fama *P* | se per] semper *V*

Voluens in altum fumidos aestu globos.
Ac paene sero Croesus ingenti sono,
„O uere uates, inquit, o Solon, Solon!"
Clamore magno ter Solonem nuncupat.
Qua uoce Cyrus motus, extingui iubet
Gyrum per omnem et destrui ardentem pyram:
Et commodum profusus imber nubibus
Repressit ignem. Croesus ad regem illico
Per militarem ducitur lectam manum;
Interrogatur, quem Solonem diceret
Et quam ciendi causam haberet nominis?
Seriem per omnem cuncta regi edisserit.
Miseratur ille uimque fortunae uidens
Laudat Solonem: Croesum inde in amicis habet
Vinctumque pedicis aureis secum iubet,
Reliquum quod esset uitae, totum degere.
Ego duorum regum testimonio
Laudatus et probatus ambobus fui.
Quodque uni dictum est, quisque sibi dictum putet.
  Ego iam peregi, qua de causa huc prodii.
Venit ecce Chilon. uos ualete et plaudite.

---

110 uolbens *V*[1] | aestu] aer tu *P* 111 hac *V* at *P* | chrisus *V* ch^r^eysus *P* | shono *V* 112 inquid *V*[1] 114 quia *P* 115 girum *VP* | homnem *V*[1] | dextrui (*al. ss.* s) *V* 116 comodum *V* 117 chrysus *V* chreysus *P* | ilico *VP* 118 per militarem *Peiper* per ministrorum *VP* per administrum *Pulmann* per administram *Hartel* 119 interrogatur *P* interroga *V* interrogatus *Vgoletus* | quem] q̃ in *P* 120 sciendi *P* | aberet *V* 121 homnem *V* | cunctam *V* 122 uimquem *V* 123 crysum *V* chrysum *P* | inde *add. Peiper, om. VP*, hinc *Heinsius* | abet *V* *u.* 124 *totus deest V* 125 relinquum *V*[1] 126 ergo *Heinsius, an* en ego? | *ante* regum *littera incerta uel incohata* i *uel* c *similis V* | testimonia *P* 129 qua adhuc de causa *p* 130 ualẽ *P*

V [303] CHILON.

Lumbi sedendo, oculi spectando dolent,
Manendo Solonem, quoad ad se se recipiat.
Hui, quam pauca di! locuntur Attici!
Vnam trecentis uersibus sententiam
Tandem peregit meque respectans abit.
Spartanus ego sum Chilon, qui nunc prodeo.
Breuitate nota, qua Lacones utimur,
Commendo nostrum *γνῶϑι σεαυτὸν*, nosce te,
Quod in columna iam tenetur Delphica.
Labor molestus iste, fructi est optimi,
Quid ferre possis, quidue non, dinoscere;
Noctu diuque, quae geras, quae gesseris,
Ad usque puncti tenuis instar quaerere.
Officia cuncta, pudor, honor, constantia
In hoc, et ulla spreta nobis gloria.
Dixi ualete memores; plausum non moror.

VI [304] CLEOBVLVS.

Cleobulus ego sum, paruae ciuis insulae,
Magnae sed auctor, qua cluo, sententiae:

---

131 sq. Plautus Men. V 3, 1 (882) sq. Lumbi sedendo, oculi spectando dolent manendo medicum, dum se ex opere recipiat. Terent. Phorm. 462 Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.

---

132 quoad ad se se r. *Peiper cum P* ad *om. V* quoad sese *uolgo* quoad is sese *Heinsius*, hinc *Peiper antea add.* | se se: e *prior. al. m. V* 133 hui *p* huic *V* hiis *P* | di *Peiper* diu *VP* quam diu *Scaliger* | locuntur *P* loquntur *V* 135 abiit *VP corr. Scaliger* 137 qua] qm̃ *P* | utimur *Turnebus* usi (usu̧ *P*) sunt *VP* 138 gnothi *P* gnoti *V* | seauton *V* se auton *P* 140 lauor (v *supra*) V^1 | fructis (v *al.*) *V* 142 quae (a *al. in ras.*) *V* | q̃ (s *supra*) V^1 143 in^s^tar *V* | querere V^1 quęre (*expuncta altera* re *syll.*) V^2 145 ulla (*uel* ultra) *Peiper* illa *VP* | spraeta *V* | Cleobolus *VP corr. Vgoletus* 147 cleobulus V^1 cleob' *P* 148 qm̃ duo *P* quā eleuo *V* qua cluo *p*

Ἀριστον μέτρον quem dixisse existimant.
Interpretare tu, qui orchestrae proximus
Gradibus propinquis in quatuordecim sedes:
Ἀριστον μέτρον an sit optimus modus,
Dic! adnuisti. gratiam habeo. persequar
Per ordinem. iam dixit ex isto loco
Afer poeta uester: ut ne quid nimis,
Et noster quidam: *μηδὲν ἄγαν.* huc pertinet
Vterque sensus, Italus seu Dorius.
Fandi, tacendi, somni, uigilii is modus,
Beneficiorum, gratiarum, iniuriae,
Studii, laborum; uita in omni quidquid est,
Istum requirit optimae pausae modum.
Dixi, recedam: sit modus. uenit Thales.

VII [305] THALES.

Milesius sum Thales: aquam qui principem
Rebus creandis dixi, ut uates Pindarus.
. . . .
Dedere piscatores extractum mari;

155 Terentius Andr. I 1, 34 (61) ut ne quid nimis.
156 Euripides Hippolyt. 264 sq. *οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν.*
164 Pindarus Ol. I 1
165 Valerius Max. IIII 1 Ext. 7

149 *et* 152 ariston metron *VP*   149 extimant *P*   150 inte[r]pretare *V* | qui *om.* *P* | orchistre (h *al. del.*) *V* orchistir *P* | maximus *P* proximus *V*   151 quattuordecim *V*   152 obtimus *V*[1]   153 annuis[ti] *V* annuisti *P* | abeo *V*   154 per] porro *Sebis.* | iam *Vp om.* *P* | dixi *V* dixit *P* dixisse *Vgol.* dixe *Scaliger* | ex isto] isthoc *Scaliger*   155 affer *V*[1]*P* affer[t] *V*[2] *corr.* *Vgoletus*   156 noster *V* urōz *P* | meden *P* medn *V* agan *VP*   157 ytalus *P*   158 uigilii is *Peiper* uigiliae is *Heinsius* (est *pro* is *Toll*), uicinus modus *VP*   159 benef'orum *P*

160 homni *V*[1] | quidquid *V*[1] quicquid *P*   161 stū *V*[1] | *f.* requirite   162 dipi *P* | thalis *V* Thales *rubr.* *V*   163 Thales sum *ed. Ald.* | principem: *prior* i *ex* y? *V*   164 uatis *V* | pyndarus *P*   *post* 164 '*deest tale quid*: Cuique olim iussu

Namque hi iubente Delio me legerant,
Quod ille munus hoc sapienti miserat.
Ego recusans non recepi et reddidi
Ferendum ad alios, quos priores crederem.
Dein per omnes septem sapientes uiros
Missum ac remissum rursus ad me deferunt,
Ego receptum consecraui Apollini;
Nam si sapientem deligi Phoebus iubet,
Non hominem quemquam, set deum credi decet.
Is igitur ego sum. causa set in scaenam fuit
Mihi prodeundi, quae duobus ante me,
Adsertor ut sententiae fierem meae.
Ea displicebit, non tamen prudentibus,
Quos docuit usus et peritos reddidit.
En ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, graece dicimus:
Latinum est: sponde, noxa set praesto tibi.
Per mille possem currere exempla, ut probem
Praedes uadesque paenitudinis reos;
Sed nolo quemquam nominatim dicere.
Sibi quisque uestrum dicat et secum putet,

---

170 ibid.: deincepsque per omnium septem sapientium orbem ad ultimum ad Solonem peruenit.

Apollinis tripodem aureum' *Scaliger* 166 iuuente *V* 167 ille *om. p* 168 recipi V^1*p* 170 homnes V^1 171 ac *Vgoletus* hac V^1 at *P* | deferunt *P* referant (f *ex* r?) *V* 172 apolini *P* apolloni V^1 173 si] his *P* | diligi—174 hominem *om. V* | diligit plebus *P corr. Vgoletus* 174 set] V^1 175 His igitur *V* Is qui *P* | set] V^1 | scenam *VP* 176 mici *V* mihi *P* | prodeūdi *V* | duobus: *aut* tribus *legendum aut ante Cleobulum personam Thaletis reiciendam censet Accursius, ferendum censet Scaliger 2,2; an* doctoribus? 177 adsertor] *V* | m^e^ae *al. corr. V* me P^s 178 displiceuit V^1 180 En *Schenkel, om. VP* Nos *Scaliger 2,2* | engya *V* engia *P* | para data *V* paradita *P* | graece *Peiper,* ecce *V* &ce *P* 181 noxa praesto tibi est *VP corr. Peiper* (*an* noxa set praes est tibi *ut u. 70?*) 182 possem *VP* possum *Vgoletus* 184 nominatim quemquam *VP corr. p Auantius 1507* 185 siui V^1 | quisquam *P* | uestrum *Vgoletus* uerum *V* ūm *P*

Spondere quantis damno fuerit et malo.
Gratum hoc officium maneat ambobus tamen.
Pars plaudite ergo, pars offensi explodite.

VIII [306] BIAS.

Bias Prieneus quod dixi: *οἱ πλεῖστοι κακοί*,
Latine dictum suspicor: plures mali.
Dixisse nollem; ueritas odium parit.
Malos sed imperitos dixi et barbaros,
Qui ius et aequum et sacros mores neglegunt.
Nam populus iste, quo theatrum cingitur,
Totus bonorum est. hostium tellus habet,
Dixisse quos me creditis, plures malos.
Sed nemo quisquam tam malus iudex fuat,
Quin iam bonorum partibus se copulet,
Siue ille uere bonus est, seu dici studet.
Iam fugit illud nomen inuisum mali.
Abeo. ualete et plaudite, plures boni.

---

191 Terentius Andr. I 1, 41 (68) obsequium amicos, ueritas odium parit.

---

187 gradum *P* | manet *VP* maneat *Auantius 1507* | ambobus] a nobis *uel* iam nobis *Heinsius* 188 ergos *P* | offensiexplodite: *litt.* i e x *in ras. al. V infra* excludite *pr. m. add. V* exprodite *P* | Bias prieneus *rubr. VP* prieneus *del. Vgoletus* 189 prieneus (e *al. ss.*) *V* peineus *P* | quod *Peiper, om. VP*; sum *Scaliger add. 2, 2* | oeplistoe cacoe *P* oe pliisto cacae (*non* cacae) *V* 191 192 dixit sed inperitos dixi et barbaros (nollem — malos *om.*) *V* 191 parat P^s 193 ius/// (i *longum ex* t? us *al.*? s *in ras.*) *V* | et *utrobique om. VP add. Auantius 1507* | e quū (e *ex* &?) *V* | sacros^q (q^s *al. ss.*) *V* | neclegunt V^1 negligunt *P* 194 ste V^1 195 bonorum] b'orum (*i.* beatorum) *P* | abet *V* 196 credite *P* 197 qui^{s}quam (*al. corr.*) *V* | fuat *Vgoletus* fuāt *P* fiat *V* 198 quin iam bonorum *Heinsius* (*et* bonorum *Auantius 1507*) qui non amborum *VP* 199 est *om.* V^1 200 illud *Sebis. Toll* illum *VP* 201 pluris *V*

VIIII [307]

PITTACVS.

Mytilena ego ortus Pittacus sum Lesbius,
Γίνωσκε καιρὸν qui docui sententiam.
Set iste *καιρὸς*, tempus ut noris, monet
Et esse *καιρὸν*, tempestiuum quod uocant.
Romana sic et est uox: ueni in tempore.
Vester quoque iste comicus Terentius
Rerum omnium esse primum tempus autumat,
Ad Antiphilam quom uenerat seruus Dromo
Nullo inpeditam, temporis seruans uicem.
Reputate cuncti, quotiens offensam incidat,
Spectata cui non fuerit opportunitas.
Tempus monet, ne sim molestus. plaudite.

---

206 cf. Ter. Andr. IIII 4, 19 (758) ueni in tempore.
207 sqq. Ter. Heaut. II 3, 124 (364) s. In tempore ad eum ueni, quod rerum omniumst primum (Syri sunt uerba). Cf. II 3, 34 (275) iam primum omnium ubi uentum ad aedis est, Dromo pulsat foris.

Pittaeus *rubr. V* Pyttacus *P* 202 mitilena *V* mithylena *P* | ego *om. V P add. Mertens* en *Heinsius* | ^{h}ortus *V* 203 ginosce *P* Dinosce (D *in G corr. ut uid.*) *V* | caeron *VP* | docui *VP* dixit *Vgoletus* dixi *Lugdun.* 204 ste V^{1} | caeros *V* caros *P* 205 caeron *V* ceron *P* | uocat *P* 206 sic et *Peiper* et *om. VP* | uenit *V* ueni *P* uenito *Heinsius,* uenite *Toll* 207 iste *add. Peiper, om. VP, sed* sic (*pro* ste *ni f.*) *ss. V*, ille *Lugdun.*, itidem *Schenkl* 208 rex *an* reʀ, *non liquet P* | omnem *P* 209 a/d (n *eraso?*) *V* | antiphylam *P* anthiphilam *V* | quom *Sebis.* quo *VP* | dromō (r *ex* o?) *V* drimō *P* 210 inpeditam] *Vp* ĩpeditum P^{s} 211 reputate *Vgoletus* reputati *V* reputatiue *P* | quot' *P* 212 oportunitas *VP* 213 monet *Peiper*, me abire (^{h}abire V^{2}) *VP* | nesimolestus *V* nesçĩmolestus *P* nisi molestum est *Baehrens*

x [308] PERIANDER.

Ephyra creatus huc Periander prodeo,
Μελέτη τὸ πᾶν qui dixi et dictum iam probo,
Meditationis esse, quod recte geras.
Is quippe solus rei gerendae est efficax,
Meditatur omne qui prius negotium.
Aduersa rerum uel secunda praedicat
Meditanda cunctis comicus Terentius.
Locare sedes, bellum gerere aut ponere,
Magnas modicasque res, etiam paruas quoque
Agere uolentem semper meditari decet.
Nam segniores omnes in coeptis nouis,
Meditatio si rei gerendae defuit.
Nil est, quod ampliorem curam postulet,
Quam cogitare, quid gerendum sit. dehinc
Incogitantes fors, non consilium regit.
  Sed ego me ad partes iam recipio. plaudite,
Meditando et uestram rem curetis publicam.

Periander *rubr.* *V* hic est Periander ille amicus Arionis fidicinis cuius fabulam scripsit Herodotus *marg. m.*^{2} P^{s} 214 ephira *V* | huc Periander *Auantius 1507* piriader (periãder V^{2}) huc *V* periander hcc (hec? hoc?) *P* 215 melete topan *P* meleteto pan *V* | et dictum iam probo *Peiper*, iam *om.* *VP* | et] qui *Lugdun.* et qui *Vinetus*, et id *ego antea*, et hoc *Schenkl.* 216 meditationem esse totum quod (qdẽ *P*) recte geras *VP* *corr. Peiper cum Heinsio, cf. u. 66.* 217 his V^{1} | gerend^{e}aest *V* 220 medicanda *P* | comiter (cus *al. ss.*, r *et* t *quod sequitur al. m. temptata*) *V* | t'rentius *P* 221 uellum V^{1} 222 magnus *P* | parbas V^{1} 223 medicari *P* 224 homnes *V* | inceptis *VP* | nobis *V* 225 si *om.* V^{1} | ge^{re}ndae *V* 226 Nil *V* nihil *P* 229 patres *V* 230 meditando *Peiper* meditatamini *V* meditari *P* meditati *Par.* meditaminique (uestram *deleto*) *Heinsius* | et *Peiper*, ut *VP* | plublicam *V*

Explicit ludus. VII. sapientum. | Incipiunt eorundem nomina atque sententie. ut qui relegere plura de ipsis scripta fastidiunt. maiore compendio subiecta congnoscant

Primus solon atheniensis ait ℞ca. | τελος ορα μακρον βιον hoc est | Finem respice longe uite

Chilon Spartanus ait | γνωθει σεαυτον. hoc est | Nosce te ipsum | Cleobulus ligdius ait | μετρον αριστον hoc est | Modus optimus | Thales Milesius ait | εγγυα παρα ταχα hoc est | Vadimonio adest noxa | Bias prieneus ait | οι πλειστοι κακοι· hoc est | Plures mali. Pitthacus myteleneus ait | καιρον γνωθει hoc est | Tempus agnosce | Piander corinthius ait | μελετη το παν hoc est | Meditatio totum | Sicut a poeta legimus usurpatum Mo|dus omnibus utile rebus.*) | Expliciunt nomina et sententententie septem sapientum. ℞ *P*

*) *Cf. Plaut. Poen. I 2, 29 (235)* Modus omnibus in rebus, soror, optimum est habitu *etc.*

XIIII.

AVSONII
DE
[256—284] # XII CAESARIBVS
PER
SVETONIVM TRANQVILLVM
SCRIPTIS.

⟨MONOSTICHA⟩

[256] ### I. AVSONIVS HESPERIO FILIO S. D.

Caesareos proceres, in quorum regna secundis
Consulibus dudum Romana potentia cessit,
Accipe bis senos. sua quemque monosticha signant,
Quorum per plenam seriem Suetonius olim
Nomina, res gestas uitamque obitumque peregit.

I Incipit epl'a (Ausonii *ss. antiq. m. Σ in marg. rec. add.* ***VBP P***) ad hesperium filium ***PΣ*** Incipiunt (*om. v*) uersus de XII (primis *add. ξ*) imperatorum romanorum ***Y*** Asonius mesperio filio s đ *min.* ***V*** Ausonius mesperio filio sal' ***Zp*** (salutem ***G***, sal' *om.* ***Mp***) *inscr. om.* ***BM***^{2} 1 *totus uersus minio scr.* ***V*** | caesareo^s ***V*** 3 quenque ***BG*** | monostica ***VBPΣRεTp*** monasticha ***M***^{2} | si^{n}gāt ***V*** 4 perplexam ***P*** 5 uitamque] que *om.* ***T***

[257] II. MONOSTICHA DE ORDINE IMPERATORVM.

Primus regalem patefecit IVLIVS aulam
CAESAR et AVGVSTO nomen transcripsit et arcem.
Priuignus post hunc regnat NERO CLAVDIVS, a quo
CAESAR, cognomen Caligae cui castra dederunt. 9
CLAVDIVS hinc potitur regno. post quem NERO saeuus,
Vltimus Aeneadum. post hunc tres, nec tribus annis:
GALBA senex, frustra socio confisus inerti;
Mollis OTHO, infami per luxum degener aeuo,
Nec regno dignus nec morte VITELLIVS ut uir.
His decimus fatoque accitus VESPASIANVS 10
Et TITVS imperii felix breuitate. secutus
Frater, quem Caluum dixit sua Roma Neronem.

[258] III. DE AETATE IMPERII EORVM MONOSTICHA.

IVLIVS, ut perhibent, diuus trieteride regnat.
AVGVSTVS post lustra decem sex prorogat annos.

---

12 Iuuenal. IIII 38 cum .. caluo seruiret Roma Neroni.

II monastica de ordine imperiorum *min.* *V* monostica de ordine imperatorum *Zp* Explicit expl'a Incipiunt monosticha (monastica *Σ*) de ordine imperiorum *PΣ* (imperatorum *Σ*) Versus de nominibus duodecim caesarum M^2 *inscr. om. BR al.* 6 dulius V^1 7 agusto V^1 | transcribsit *V* transscripsit *R* | arce *p* 8 huc *T* | regnat *pr. ss. B om.* M^2 9 Caesar] gaius *uel* caius $\varepsilon^2\Phi$ | cognomen *Σ* | claustra *Y* 10 scaeuus *T* 11 tres] rex *in ras.* Σ^2 | nec *om.* V^1 | tribus nec M^2 12 senes V^1 | frustrá *R* | confixus *R* consus *P* | inherti *PRMp* 13 oto *T* | infam^i^ *V* infanu *R* infamis $M\xi^1$ | deneger *Bv* | aeui *ε* 15 sato *R* | uespasianus $\Sigma\xi^1$ 16 et] at ε^2 | foelix *TG* | urenitate *V* | seqtus *V* sequutus *P* securus *TG* 17 fratrem *Vε* erāt M^2

III Daetate imperii eorum mono^s^tica (*min. corr.*) *V* Item monostica de aetate imperii eorum *BPΣ* (*sed* imperatorum *Σ*) monostica (monosticha *G*) de aetate imperatorum in imperio *TG* de etate imperii monostica *Mp* de tempore imperii eorum M^2 de longitudine regni eorum *Y inscr. om. R* 18 peribent V^1M | triederide PB^1 triateride *T* | reg^n^t *T* 19 sex] se V^1

Et ter septenis geminos NERO CLAVDIVS addit.
Tertia finit hiems grassantia tempora GAI.
CLAVDIVS hebdomadam duplicem trahit et NERO dirus
Tantundem, summae consul sed defuit unus. 6
GALBA senex, OTHO lasciue, famose VITELLI,
Tertia nos Latio regnantes nesciit aestas,

. . . .

Implet fatalem decadam sibi VESPASIANVS. 10
Ter dominante TITO cingit noua laurea Ianum:
Quindecies saeuis potitur tum frater habenis.

---

25 Verg. A. I 265 tertia dum Latio regnantem uiderit aestas.

---

ex *TMp* 20 cludius *G* 21 hiems: m *in ras.* *Σ* hieus *R* hyems *PTGp* hyemps *M* hiemps *M²* | grassantia *BPΦ* crassantia *Z* (*M*?) *pM²* transsantia (*alt.* s *del.*) *V* | cai *T* gaii *G* gai *ex* regi *al.* *Σ* gi *R* grai (*al. corr.*) *ε* graii (aii *al. in ras.*) *ξ* 22 ebdomadam *V ceteri,* ebdomam *T* ebdomadem *G* | duplicem *om.* *νp* | dirus: r *in ras.* *Σ* dinus *R* | et] At *TG* 23 tandundem *T* | summe (a *superscr.*) *V* sumae *R* | defuit: d *ex* u? i *al. intrusum* *V* 24 galba: ba *ex* bo *V* | senes *V¹* | oto *T* | lassiue: si *in* ci, e *in ras. al.* *V* lasciuę *R* | et *interponitur* *ε*? *Φ* | famosæ (*i.* e *ex* a) *T* formose *Y* 25 terti^a *V* | regnates *T* | nesciit *G* uestiit *V* nesciat *PΣ* (*ubi* at *ex* et *pr. corr.*), *R* (*ubi* at *in* et *pr. corr.*), *M²* nesciet *BΣ¹R²εξTM* | etas *V* ętas *BP¹⁸ε* 26 *lacunam libri non indicant, primus ε², quem secuntur ΨX, sic expleuit:* interitus dignos uita properante probrosa 27 decadam] *VBPM¹TMp* decadem *G cett.* | uespaxianus *T* 28 *hic uersus est in VZp, deest BPΣRM²YΦ: pro eo ε² hunc habet:* Ostensus terris Titus est breuitate bienni; *ei in ΨX additur alter:* Heu Tite monstrauit terris te uita biennis. | noba *V¹* 29 qui decies *R* | saeuis] senis *B* scęuis *T* saeuus *uolgo* | tum *Σ²* *Heinsius,* dum *libri* | abenis *V¹*

[259] IIII. DE OBITV SINGVLORVM MONOSTICHA.

IVLIVS interiit CAESAR grassante senatu.
Addidit AVGVSTVM diuis matura senectus.
Sera senex Capreis exul NERO fata peregit.
Expetiit poenas de CAESARE Chaerea mollis.
CLAVDIVS ambiguo conclusit fata ueneno.
Matricida NERO proprii uim pertulit ensis.
GALBA senex periit saeuo prostratus OTHONE.
Mox OTHO famosus, clara set morte potitus.
Prodiga succedunt perimendi sceptra VITELLI.
Laudatum imperium, mors lenis VESPASIANO.
At TITVS, orbis amor, rapitur florentibus annis.
Sera grauem perimunt, sed iusta piacula fratrem.

III It̄ de obitum singulorum monasthicha *V* Item monostica (monastica *Σ*) de obitu singulorum *BPΣ* Monostica de obitu singulorum *T* De obitu singulorum monostica *GMp* De finibus eorum (eorundem ξ) *ν*ξ De mortibus eorum εM^2 *inscr. om. R* 30 *hic uersus est VZp, deest BPΣRYM², eius in locum u. 33 reposuit ε² cum ΦΨX* | crassante *VTGp* 32 sera *om. T* | senes V^1 | Capreis] campis $B\Sigma^1$ξΦ capis ε in campis *G* | ex^s^ul *V* | exul Nero] ex uulnere *P* 33 *uid. ad u. 30.* Ter decies periit repetito uulnere gaius ε² *in totius uersus rasura, ΨX, om. Φ* | expetiit] expendit *B* exegit ε²ΦΨX | pęnas *VB* | Caesare] Gaio *LMueller* | Chaerea] cherea *BT* curia *GX* 34 concludit *T* 35 matrida R^1 | proprii uim] proprium εξ propriorum *ν* *unde* proprio se perculit ense ε² | ens/is *V* enses *ν* 36 scaeuo *T* proprio *ν* | prostratur *ν* | othone: e *ex* et *V* othoni (otoni *T*) *Zp* 37 oto *T* | set] *V* de *B* | potitur $BP\Sigma R\varepsilon M^2$ sẹçụṭus potitus *p* 38 uitellii *B* 39 leni *p* 40 ad Σ^1 (*pr. corr.*) R^1 | orbis *om. Z* | amorte *Z* 41 graues (*pr. corr.*) P^s | perhimunt *Σ* | set] *V* | iuxta $\Sigma^1 R$ | pi^a^cula (*pr. corr.*) *P* | FINIV̄T MONASTICA *al. add. V*

[260] ## TETRASTICHA.

Nunc et praedictos et regni sorte sequentes
Expediam, series quos tenet imperii.
Incipiam ab diuo percurramque ordine cunctos,
Noui Romanae quos memor historiae.

[261] ### I. IVLIVS CAESAR.

Imperium, binis fuerat sollemne quod olim
Consulibus, Caesar Iulius optinuit.
Set breue ius regni, sola trieteride gestum:
Perculit armatae factio saeua togae.

[262] ### II. OCTAVIVS AVGVSTVS.

Vltor successorque dehinc Octauius, idem
Caesar et Augusti nomine nobilior.
Longaeua et numquam dubiis uiolata potestas
In terris positum prodidit esse deum.

[263] ### III. TIBERIVS NERO.

Praenomen Tiberi nanctus Nero prima iuuentae
Tempora laudato gessit in imperio.

Finiunt monastica (*atro col. al. m.*) | ɪɴcp̄ɴ tetrasticha/// *V* ***VBP*** Finiunt monostica. incipiunt tetrastica ***BPΣ*** (monastica ***Σ*** | tetrasticha ***P***) *inscr. om.* § M^2 1 sortes Σ^1 more ***B***   2 expedam/// (*litt.* i *per* a transducta *al. m.*, m *ex* nt *ut uid.*) ***V***   4 storiae V^1 hystoriae ***Σ*** | *Imperatorum nomina in marg. pr. add.* ***B***, *om.* M^2, *numeri om.* ***VBP***

I 1 sollempne ***P*** solempne M^2 solemne Σ^1 2 optinuit ***B*** $P^s\Sigma^1$ 3 set] ***V*** | triederide ***P*** trieteride ***Σ*** (rid *ex* did *ras.*) ***B*** triaeteride Σ^1 4 armaete V^1

II octau^{ius}/ aūḡ ***Σ***   2 et] at *Toll* | augustus ***B*** M^2 3 nunquam ***B***   4 prodidit *Peiper* credidit *ω* reddidit *LMueller* | esse] ore B^s

III Tyberius ***BP*** Tiuerius ***V*** | Tyberii ***BP*** (Tyberii ***P***?) | nāctus ***V*** nactus *cett.* | iubente V^1 2 in *om.* M^2 | inperio ***V***

Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro,
  Quae prodit uitiis, credit operta locis.

[264] IIII. CAESAR CALIGVLA.

Post hunc castrensi Caligae cognomine Caesar
  Successit saeuo saeuior ingenio,
Caedibus incestisque dehinc maculosus et omni
  Crimine pollutum qui superauit auum.

[265] V. CLAVDIVS CAESAR.

Claudius inrisae priuato in tempore uitae,
  In regno specimen prodidit ingenii.
Libertina tamen nuptarum et crimina passus
  Non faciendo nocens, set patiendo fuit.

[266] VI. NERO.

Aeneadum generis qui sextus et ultimus heres,
  Polluit et clausit Iulia sacra Nero.
Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina uitae.
  Disce ex Tranquillo: set meminisse piget.

IIII 1 Sueton. Calig. 9: Caligulae cognomen castrensi ioco traxit

---

3 fructa Σ^1 4 prode M^2

IIII callicula *P* caliga Σ 1 castrensi *Schenkl* castrensis *libri* | Caesar] Gaius *LMueller* 3 incertis M^2 | que *V* 4 anum *ut uid.* *P*

V Claudius diuus cesar Σ Caesar *del. Schenkl* 1 inrisae] *V*Σ | priu/ato Σ | in *om.* *M* 2 prodit Σ^1 | imperii *B* 3 et crimina passus *V* certa potestas *P* *post* nuptarum *nihil sequitur* *B*ΣM^2, *in marg.* .r. *B* 4 set] *V*

VI Nero Saeuus Σ 1 hęres *B*Σ (*in* Σ hęres *post add.*) 2 iulias Σ 3 quod *V*Σ^1 4 tranquilo *P* | set *V* et *B*ΣM^2 me *P*

[267] VII. GALBA.

Spe frustrate senex, priuatus sceptra mereri
  Visus es, imperio proditus inferior.
Fama tibi melior iuueni; set iustior ordo est
  Conplacuisse dehinc, displicuisse prius.

[268] VIII. OTHO.

Aemula polluto gesturus sceptra Neroni
  Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit, qui morte decora
  Hoc solum fecit nobile, quod periit.

[269] VIIII. VITELLIVS.

Vita ferox, mors foeda tibi, nec digne, Vitelli,
  Qui fieres Caesar: sic sibi fata placent.
Vmbra tamen breuis imperii; quia praemia regni
  Saepe indignus adit, non nisi dignus habet.

[270] X. VESPASIANVS.

Quaerendi adtentus, moderato commodus usu,
  Auget nec reprimit Vespasianus opes.

VII, 1 Tacit. Hist. I 49 ex.: (Galba) maior priuato uisus, dum priuatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset

---

VII 1 Spem $B\Sigma M^2$ S/pe V | teneri B 2 es] et V | proditur Σ 3 set] V | iusti^{or} V 4 conplacuisse] V

VIII 2 obru/i//tur (i *in ras. 3 litt.*) V 3 laudandus qui ...... morte (erit *om., post* qui *lacuna 6 uel 7 litt.*) B

VIIII Vitellus P^s 1 Vita ferox *uel* atrox *Peiper* Vitesors (e *in* ę *al.*) V Vitae sors B Vita sors $P\Sigma M^2$ uitae ut fors *Gronouius* uita excors *Schenkl* | feda $VP\Sigma$ fęda V^2B 2 fueris BM^2 qui Caesar fueris B 4 agit B ait ΣM^2

X 1 quęrendo B^s | adtentus] P at/tentus V intentus Σ | modorato V^1 | cominus M^2 | *inter u. 1 et 2 unus uersus crasus ab* N *littera incipiens* V 2 uespasanus V^1

Olim qui dubiam priuato in tempore famam,
  Rarum aliis, princeps transtulit in melius.

[271] XI. TITVS.

Felix imperio, felix breuitate regendi,
  Expers ciuilis sanguinis, orbis amor.
Vnum dixisti moriens te crimen habere;
  Set nulli de te, nec tibi credidimus.

[272] XII. DOMITIANVS.

Hactenus edideras dominos, gens Flauia, iustos.
  Cur duo quae dederant, tertius eripuit?
Vix tanti est habuisse illos, quia dona bonorum
  Sunt breuia; aeternum, quae nocuere, dolent.

DE CAESARIBVS POST TRANQVILLVM TETRASTICHA.

[273] XIII. NERVA.

Proximus extincto moderatur sceptra tyranno
  Nerua senex, princeps nomine, mente parens.

XI, 2 Sueton. Tit. 1: Titus ... amor ac deliciae generis humani. — 3 ibid. 10 neque enim extare ullum suum factum paenitendum excepto dumtaxat uno.

---

3 in *om.* M^2 | flammam BM^2 4 Rarum *Gronouius*, Par *libri*

XI 1 imperium P | gerendi B 3 abere V^1 4 set] V | nec tibi *Mommsen*, nos tibi *libri*, non tibi *Auantius* | credimus $\Sigma^1 M^2$

XII Domicianus P 1 Hacten///us (us *semel eraso*?) V | geminos BM^2 3 abuisse V^1

VBP, Z XIII—XVIII *accedunt in his libri Z*

XIII De caesaribus post tranquillum nerua TMM^2 (neruam T), Tetrasticha de caesaribus p. t. nerua G Nerua tetrarcha $VBP\Sigma$ (*sed* Nerua *absumptum, deinde* tetrarc// B, tetrarca Σ) *quod ex* tetrasticha *natum uidit Vinetus.* 1 moderat' BM^2 | tiranno $VTMM^2$ 2 paren/s V parans Σ^1

Nulla uiro suboles; imitatur adoptio prolem,
Quam legisse iuuat, quam genuisse uelit.

[274] XIIII. TRAIANVS.

Adgreditur regimen uiridi Traianus in aeuo,
Belli laude prior, cetera patris habens.
Hic quoque prole carens sociat sibi sorte legendi,
Quem fateare bonum, diffiteare parem.

275] XV. HADRIANVS.

Aelius hinc subiit mediis praesignis in actis:
Principia et finem fama notat grauior.
Orbus et hic: cui iunctus erit documenta daturus,
Adsciti quantum praemineant genitis.

[276] XVI. ANTONINVS PIVS.

Antoninus abhinc regimen capit: ille uocatu
Consultisque Pius, nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus; set lege suorum
A patria sumpsit, qui regeret patriam.

---

3 uiro *om.* M^2 | suboles] V soboles *cet.* 4 quam] quem *L Mueller,* qua *Schenkl* | iuuat] iubat V iuuet Z | quam] quem *Schenkl* | Ienuisse (i *longa*) V^1

XIIII Traianus imperator *TG* 1 Adgreditur] $V\Sigma M$] agreditur M^2 | uiride V^1 *om.* Σ | traganus (i *supra* g) V 2 Ggreditur Belli T Velli V^1 | la^v^de prior: ep *ex* or? V | cetera BG oĩa T | patris] pacis G 3 sorte] parte BM^2 4 diffateare P^s | patrem BM^2 (*al. corr.*)

XV Hadrianus M Adrianus $VBP\Sigma$ Adrianus imperator G De Adriano imperatore T 1 ${}_c$Elius G | medius B | acetis Σ^1 3 orbis BT | hinc BM^2 | cui iunctus erit $VBP\Sigma M$ (iunctus: i *in ras.* Σ uinctus B? M^2) sociansque uirum Z | daturum Z 4 Adsciti $V\Sigma$ Asciti B Assciti P idsciti M^2 adsumpti M assumpti TG

XVI imperator *add.* TG 2 meriti/ (s *pr. eraso*) V 3 set] V 4 sumsit V^1 | regere^t^ *al. corr.* V | patriam *om.* T (*puncto om. post* regeret)

[277] XVII. M. ANTONINVS.

Post Marco tutela datur; qui scita Platonis
Flexit ad imperium, patre Pio melior.
Successore suo moriens, set principe prauo,
Hoc solo patriae, quod genuit, nocuit.

[278] XVIII. COMMODVS.

Commodus insequitur, pugnis maculosus harenae,
Thraecidico princeps bella mouens gladio.
Eliso tandem persoluens gutture poenas,
Criminibus fassus matris adulterium.

[279] XVIIII. HELVIVS PERTINAX.

Helui, iudicio et consulto lecte senati,
Princeps decretis prodite, non studiis.
Quod doluit male fida cohors, errore probato,
Curia quod castris cesserat imperio.

[278] XX. DIDIVS IVLIANVS.

Di bene, quod sceptri Didius non gaudet opimis
Et cito periuro praemia adempta seni.
Tuque, Seuere pater, titulum ne horresce nouantis.
Non rapit imperium uis tua, sed recipit.

---

69 Iul. Capitolini M. Ant. Philosophus 27, 7 sententia Platonis semper in ore illius fuit florere ciuitates, si aut philosophi imperarent aut imperantes philosopharentur.

XVII M̄ *V* .M. *TG* Marcus *cett.* | Antonius *TG* imperator *add.* *TG* | Marcho *T* | qui scita] quaesita *Z* 2 Flexit] Foe-l^1x *T* Serus *M* 3 set] *V* | prauo] sęuo *B* 4 patrię (patri *eraso*) B^s

XVIII imperator *add.* *TG* 1 comodus *T* | arenae α*BTM* 2 Threcidico: h *ex* r *corr.* *T* Threcidiquo V^1 Trecidico *PM* | uella mobens V^1 3 persolbens *V* | guture *Σ* | penas *P* 4 falsus *P* falsis *B*

VBP XVIIII Heliuius *V* 1 Heliui *V* | senati] V^1*P* 3 fida: da *ex* de *Σ* | quohors V^1 | prouato V^1

XX 1 Dii *B* dic *P* | sceptris *V* *corr.* *Peiper* sceleris *BΣ* celeris *P* spoliis *Lugdun.* | non] qđ *B* | opimis: s *al. add.* *Σ* 3 orresce *V*

[281] XXI. SEVERVS PERTINAX.

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Histro,
Vt parricidae regna adimat Didio.
Punica origo illi, set qui uirtute probaret
Non obstare locum, cum ualet ingenium.

[282] XXII. BASSIANVS ANTONINVS SIVE CARACALLA.

Dissimilis uirtute patri et multo magis illi,
Cuius adoptiuo nomine te perhibes;
Fratris morte nocens, punitus fine cruento,
Inrisu populi tu, Caracalla, magis.

[283] XXIII. OPILIVS MACRINVS.

Principis hinc custos sumptum pro Caesare ferrum
Vertit in auctorem caede Macrinus iners.
Mox cum prole ruit. grauibus pulsare querellis
Cesset perfidiam: quae patitur, meruit.

[284] XXIIII. ANTONINVS HELIOGABALVS.

Tune etiam Augustae sedis penetralia foedas,
Antoninorum nomina falsa gerens?
. . . .
. . . .

* * *

XXI 1 hystro *B* istro *P* 2 set] *V* 4 obsta^{re} *V* ob·strare *Σ* | balet V^1 ualet *ex* uelet *B*

XXII bassian B^s | antonius *VBP* | siue caracalla *om.* *B* 2 peribes *V* 3 fratri *V* | nocens] carens *B* 4 Inrisu] *VΣ* | tũ (l'tu *al. ss.*) *Σ*

XXIII 1 hinc *Lugdun.* hic *libri* | custus V^1 2 inhers *P* ///iners *(erasis 2—3 litt. pr. m.)* *V* 3 mox *ex* mos *al.* *V* | querellis] *V* 4 perfidia/// (m *eraso*) *V* | qui *B*

XXIIII Antonius *V* | heliogabolus *V* heliogaballus *B* 1 tunc *B* | auguste *V* | sedes *V* | pęnetralia *P* | fędas *PB* *post u. 2 duo uersus uacui; sequitur* Conclusio *(147 Souch.)* *V*, „V. C. hoc distichum addit:
Quo numquam neque turpe magis neque fedius ullum
Monstrum Romano sedit in imperio“ *Dousa*
TETRASTICA EXPL'. INCIPIT DE ERV̄NIS HERCVLIS *B* Finiunt tetrastica. Incipiunt monosticha de erumpnis Herculis. *P* Finiunt detrasti . . *Σ*?

XV.

⟨LIBRI DE FASTIS⟩

CONCLVSIO.

[147] I. AVSONIVS HESPERIO FILIO SAL.

Ignota aeternae ne sint tibi tempora Romae,
  Regibus et patrum ducta sub imperiis,
Digessi fastos et nomina praepetis aeui,
  Sparsa iacent Latiam si qua per historiam.
Sit tuus hic fructus; uigilatas accipe noctes:
  Obsequitur studio nostra lucerna tuo.
Tu quoque uenturos per longum consere Ianos,
  Vt mea digessit pagina praeteritos.
Exemplum iam patris habes, ut protinus et te
  Adgreget Ausoniis purpura consulibus.

[148] II. SVPPVTATIO AB VRBE CONDITA IN CONSVLATVM NOSTRVM.

Annis undecies centum coniunge quaternos,
Vndecies unumque super trieterida necte.
Haec erit aeternae series ab origine Romae.

VZ I Conclusio — sal.] *sic V om. T alius titulus est in MG, quem transtuli ante c. IIII* | esperio *V* 2 sup V^1 3 praepetis *VG* perpetis *TM cet.* 4 si qua] i *et* q *abrasae T* 4 storiam V^1 5 fructus uigilatas] *litt.* s uigilat *abrasae T* 8 digessit *V* congessit *Z* 9 exemplo confide meo: sic protinus *Z* 10 adgreget *V* applicet *Z*

V II *habet V om. Z* 2 undenos unumque *Relandus,* unamque *Scaliger 1, 21,* undenos unamque *Baehrens* 3 *in marg. antiqua m.* CXLVII *V*

[150] III. IN FINE EIVSDEM LIBRI ADDITI.

Hactenus adscripsi fastos. si sors uolet, ultra
Adiciam: si non, qui legis, adicies.
Scire cupis, qui sim? titulum, qui quartus ab imo est,
Quaere: leges nomen consulis Ausonii.

IIII. CONSVLARI LIBRO SVBICIENDI QVEM EGO EX CVNCTIS CONSVLIBVS VNVM COEGI.
[149] GREGORIO EX PRAEF.

Vrbis ab aeternae deductam rege Quirino
Annorum seriem cum, Procule, accipies,
Mille annos centumque et bis fluxisse nouenos
Consulis Ausonii nomen ad usque leges.
Fors erit, ut, lustrum cum se cumulauerit istis,
Confectam Proculus signet olympiadam.

III *carmen om. V* | *inscr. MG om. T* 1 ascripti *G* 2 addiciam (di *ex* tu?) *T* | addicies *T* 3 est *om. G* Z

IIII *carmen om. V* | consulari — ex praef.] *hunc titulum primo carmini praefixum habet M (om. VT) huc transtuli* (et cunctis *M* in libro quem de fastis composuerat ad Gregorium *G*): *hoc loco* de eodem *M* de eodem fastorum libro *G om. T* Z

2 pr^{o}ocule *T* | accipias *M* 6 olympiadem *TG* olympiadam *M*

XVI.

[335. 336. Edyll. xi.] GRIPHVS TERNARII NVMERI.

AVSONIVS SYMMACHO.

Latebat inter nugas meas libellus ignobilis: utinamque latuisset neque indicio suo tamquam sorex periret. hunc ego cum uelut gallinaceus Euclionis situ chartei pulueris eruissem, excussum relegi atque ut auidus faenerator inprobum nummum malui occupare quam condere. dein cogitans mecum, non illud Catullianum:

---

3 Terent. Eun. V 6, 23 (1024) egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii.
4 Plauti Aulul. III 4, 6 (457) sqq.
7 Catull. 1, 1

VP,Z Ausonius summaco *min.* (Prosa *atr. add.*) *V* Epistola Ausonii ad Symmacum *P* Incip̄. Crippus de ternario numero. Ausonius Simaco sal. *TG* (*sed* Symmacho Salutem *G*) 1 la&ebat V^1 latebit *P* | ignobilis /// (uti *eraso in ultimo uersu?*) *V* | uti *al. uersui praef.*, nã *rescr. V* 2 tāquam *V* | sorex *al. add. in ult. u., uersus qui sequitur initio eadem uox ut uid. erasa V,* sorix P^1 3 quum V^1 | uelut ccallıneceus (l' a ss.) uedionis situ (*post* uelut *incerta litt.* c? t? *del.*, l' *et* a *pr. ss.* e *del., in marg. pr. add.:* gallina (l' ss.) ceu sæuæ dionis situ) *T* | euclionis] euedionis *Gλ* 4 stu *V* | cartei *V* carthei *Tλ* charte *P* | pulueris: s *in ras. V* | cruissem *P* | adque *V* 5 fenerator *VP* foenerator *TλG* | inprobum] *V* | nūm∵ *in exitu uersus, sequentis u. in. rasura, unde* m∵ *translatum uidetur V* numum *T* 6 *litt.* dein cogit *in ras. al. V* | deiñ *T* | illut V^1 7 catulianum *VP cf. Catulli liber ed. Baehrens p. LVIII*

Cui dono lepidum nouum libellum,
set *ἀμουσότερον* et uerius:
Cui dono inlepidum, rudem libellum,

non diu quaesiui; tu enim occurristi, quem ego, si mihi potestas sit ex omnibus deligendi, unum semper elegerim. misi itaque ad te haec friuola gerris Siculis uaniora, ut, cum agis nihil, haec legas et, ne nihil agas, defendas. igitur iste nugator libellus iam diu secreta quidem, sed uulgi lectione laceratus perueniet tandem in manus tuas. quem tu aut ut Aesculapius redintegrabis ad uitam, aut ut Plato iuuante Vulcano liberabis infamia, si peruenire non debet ad famam. fuit autem ineptiolae huius ista materia. in expeditione, quod tempus, ut scis, licentiae militaris est, super mensam meam facta est inuitatio, non illa de Rubrii conuiuio, ut Graeco more biberetur; set illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem et

---

13 gerris Siculis] cf. Pauli diac. exc. 94, 4 M.
19 Appulei. de mag. c. 10
23 Cicero Verr. Act. II 1, 26 (66): Rubrius istius comites inuitat . . mature ueniunt, discumbitur . . fit sermo inter eos et inuitatio, ut Graeco more biberetur.
24 Horat. c. III 19, 9 sqq.: da lunae propere nouae, da

---

8 done V^1 | lepi//dum (pi *al.*) *V* | liuellum V^1 lelibellum *T* 9 set] V^1 | ΑΜΟΥϹΟΤϹΡΟΗ *P* *αμοισοτεϱον* *λ* amorcotheron *T* amarcoteron *G* *αὐσονιώτεϱον* *Sebis.* | et uerius — libellum non *om.* *VP* 10 illepidum *TG* 12 deligi *VP* diligendi *λ*

13 clegorim *P* | misi: m *al. rescr.* *V* | itaque] g̊ *T* | ad te *om.* *P* | hec *VP* *om.* *Z* | fribola *ex* frigola V^1 (b *in* u *corr. al*) | gerrbis *P* gerchis *λ* | siculis — ne nihil *om.* *VP* 14 haec] h° *T* | ne nil *λ* 15 ☾ Igitur *P* | ste V^1 16 fulgi *P* | lacoratus *P* 17 aut et *P* | aescolapius *V* scolapius V^2 escolipius *P* 18 iubante V^1 19 debeat *P* 20 ☾ Fuit *P* | autem] tam *P* 21 huius: hui *in ras. al.* *V* | sta V^1 | materia/ *V* 22 meam fuit facta ē mentio *T* | illa: a *ex* i *pr.* *T* 23 Rubrii] ludibrii *Z̈* | greco *V* ut greco more *om.* *T* | hiberetur *P* liberetur *λ* biberem *T* | set] V^1 24 facı V^1 | egloga *VPT* aegloga *λG*

nouam lunam et Murenae auguratum ternos ter cyathos attonitus petit uates. hunc locum de ternario numero illico nostra illa poetica scabies coepit exculpere: cuius morbi quoniam facile contagium est, utinam ad te quoque prurigo commigret et fuco tuae emendationis adiecto inpingas sphongiam, quae inperfectum opus equi male spumantis absoluat. ac ne me nescias gloriosum, coeptos inter prandendum uersiculos ante cenae tempus absolui, hoc est, dum bibo et paulo ante quam biberem. sit ergo examen pro materia et tempore. set tu quoque hoc ipsum paulo hilarior et dilutior lege; namque iniurium est de poeta male sobrio lectorem abstemium iudicare. neque me fallit fore aliquem, qui hunc iocum nostrum acutis naribus et caperrata fronte condemnet negetque me omnia, quae ad ternarium et nouenarium numeros pertinent,

---

noctis mediae, da, puer, auguris Murenae: tribus aut nouem miscentur cyathis pocula commodis. qui Musas amat impares, ternos ter cyathos attonitus petet uates.

30 Val. Max. VIII 11 Ext. 7. Plin. n. h. XXXV 104 hoc exemplo eius similis et Nealcen successus spumae equi similiter spongea inpacta secutus dicitur.

---

25 cyatos *P* tiatos (os *in ras.*) *V* cythos λ 26 peti//uatis (t *al. ss.*) *V* petii *TG* peti λ | uatis *VP* | ℂ Hunc *P* 27 illico *libri* (il/ico *V*² i *pr. al. V*) | poeticas cabies *V*¹ | cępit *P* cæpit *T* | exculpe *P*ᵃ excalpere *Lugdun.* (*non V*) 29 ad te] ate *P* | fugo *P* 30 inpingas] *V* | sphongiam *V*¹ spongiam *V*² *TG* sphongeam *P* spongeam λ | inperfectum] *VP* 31 absolbat *V*¹ absoluas (t *ss.*) *T* | ℂ Ac *P* | nescias gloriosum] gloriosum neges *Z* 32 ceptos *PT* | pendendum *P* | uersusiculos *T* ante: te *in ras. V* 33 cene *P* cęne (c *al. praefix. uersui*) *V* cæne *T* coenae *G* | absoluꝫ *P* 34 sit] sꝫ *T* | ma/teria: t *eras. V* 35 set] *V*¹ | tu *om. V*¹ ut *P* | paulo: lo *rasura affect. et rescr. V* | et] a *ss.* λ 36 dilucior λ dulcior *G* | namque] nam *T* 37 absthemium *G* | ℂ Neque *P* 38 qui forte hunc *T* | locum (l, *non* i *longo*) *V* 39 caperrata] *VPT* neget: *litterae* g *inferior pars al. rescr. V* 40 nonuernarium *V*¹ | numeros/ (um *eraso?*) *V*

attigisse. quem ego uerum dicere fatebor, iuste, negabo. quippe si bonus est, quae omisi, non oblita mihi, sed praeterita existimet. dehinc qualiscumque est, cogitet secum, quam multa de his non repperisset, si ipse quaesisset. sciat etiam me neque omnibus erutis usum et quibusdam oblatis abusum. quam multa enim de ternario sciens neclego! tempora et personas, genera et gradus, nouem naturalia metra cum trimetris, totam grammaticam et musicam librosque medicinae, ter maximum Hermen et amatorem primum philosophiae Varronisque numeros et quidquid profanum uulgus ignorat. postremo, quod facile est, cum ipse multa inuenerit, comparet se atque me, occupatum cum otioso, pransum cum abstemio, iocum et ludum meum, diligentiam et calumniam suam. alius enim alio plura inuenire potest: nemo omnia. quod si alicui et obscurus uidebor, aput eum me sic tuebere: primum eiusmodi epyllia, nisi uel obscura sint, nihil futura; deinde numerorum naturam non esse scirpum, ut sine nodo sint. postremo si etiam tibi obscurus fuero, cui nihil neque non lectum est neque non intellectum,

---

41 attigisse/: e *in ras.* *V* | ne/gabo *V* 42 si *cum ras. al. rescr.* *V* *om.* *P* | obmisi *λ* | set V^1 43 praeterrita *G* | qualiscunque *Tλ* 44 repperisset] *V* 45 etiam q̃ me *T* et quę me *λ* | neque] que *V* nec *G* | erutis *TG* eratis *λ* eruditis *VP* 46 quam] quare *P* 47 neclego *V* neglego *P* neglexi *Z* (neglexit *λ*) | et personas genera *om.* *P* 49 gramaticam *P* | libro *V* | medicinae trimaximum *V* medici nr̃i maximum *P* medicinos ter maximum *GZ* 50 hermẽ *PG* | umatoꝝ (*i.* umatorum) *P* | fhilosophiae *V* 51 quicquid *PZ* | prophanum *PTG* 52 non ignorat *T*? *Par.* | ℂ Postremo *P* | postremo — comparet *om.* *V* | cum] tu *P* 53 se atque] Sciatque: Scia *in ras. al.* *V* 54 absthemio *PG* ab/stemio (s *eraso?*) *V* | ludum: meam *T* 55 suum *T* | enim] cui *P* 56 alicui et] et *om.* *T* 57 aput] V^1 | me *om.* *V* 58 epyllia *PG* epylia *λ* epilia *T* pillia *V* | nicil *V* nichil *P* 59 sirpum *T* scyrpum *G* 60 sit T^a | si etiam tibi] sed etiam si tibi *P* | etiam] iam *λ* 61 nicil *V* nichil *P* | non lectum] lectum *P* neglectum *Z* non lectũ (est) | (neque non intellectum *om.*, *sed in marg.*

tum uero ego beatus, quod adfectaui, adsequar, me ut requiras, me ut desideres, de me cogites. uale.

[336] GRIPHVS TERNARII NVMERI.

Ter bibe uel totiens ternos: sic mystica lex est,
Vel tria potanti uel ter tria multiplicanti,
Inparibus nouies ternis contexere coebum.
Iuris idem tribus est, quod ter tribus, omnia in istis:
Forma hominis coepti plenique exactio partus
Quique nouem nouies fati tenet ultima finis.
Tris Ope progeniti fratres, tris ordine partae,
Vesta, Ceres et Iuno, secus muliebre, sorores.
Inde trisulca Iouis sunt fulmina, Cerberus inde,
Inde tridens triplexque Helenae cum fratribus ouum.
Ter noua Nestoreos impleuit purpura fusos
Et totiens trino cornix uiuacior aeuo.
Quam nouies terni glomerantem saecula tractus
Vincunt aeripedes ter terno Nestore cerui:
Tris quorum aetates superat Phoebeius oscen,

6 Plato ap. Censorin. de die nat. 14 sq.

marg. pr. nō intellectum) *V* 62 uero *om. T* | affectaui *libri* | adsequar] *V* 63 me ut desideres] ut *om. Z* Finit epistola Incipit Gripus ternarii numeri *P* GRIPVS TERNARII NVMERI (*min.*) *V* Cripus ternarii numeri quod libet ter *TG* (crippus *G* bibat *G*) Finit Cripus λ

VP,Z 1 ternos] m̄os *P* | mistica *VPT* mixtica λ 3 Inparibus] *P* inpari//bus (ꝯ *eras.?*) *V* | terni/s *V* | contere *P* | coebum *VG* cobum *P* coelum *T*λ 4 stis *V*[1] 5 coepit *V* cepit *P* cepti *Z* (coepti *G*) 6 quaeque *T* 7 ℭ Tris *P* | tres *P* | partae *Parrhasius* parcae *libri* 8 secus *Z* sexu λ decus *VP* | muliebres °rores: ebres *al. instaurata in ras. V* 9 iouis (u *in* b *pr.*, b *in* v *al. corr.*) *V* ioui *PZ* | fulminacerberus: inacer *al. rescr. ex parte in ras. V* 10 inde] int' *P* | helenę *V* helene *P* helenes *Z* | oūm (*al. del. et add. marg.* heuum) *V* 11 ℭ Ter *P* 12 uiuatior *PG* 13 saecula] *Z* 14 aerpides *P* | trino *P* | ternōestore *V* 15 phoebeiuscscu (b *ex* u, scscu *al. sic rescr.*) *V* plebeius oscin *P*

Quem nouies senior Gangeticus anteit ales,
Ales cinnameo radiatus tempora nido.
Tergemina est Hecate, tria uirginis ora Dianae;
Tris Charites: tria Fata, triplex uox, trina elementa.
Tris in Trinacria Siredones; omnia terna:
Tris uolucres, tris semideae, tris semipuellae:
Ter tribus ad palmam iussae certare camenis,
Ore, manu, flatu: buxo, fide, uoce canentes.
Tris sophiae partes. tria Punica bella, trimenstres
Annorum caelique uices noctisque per umbram
Tergemini uigiles. ter clara instantis Eoi
Signa canit serus deprenso Marte satelles.
Et qui conceptus triplicatae uespere noctis
Iussa quater ternis adfixit opima tropaeis.
Et lyrici uates numero sunt Mnemosynarum,
Tris solas quondam tenuit quas dextera Phoebi:

---

18 Vergil. A. IIII 511 tergeminamque Hecaten, tria uirginis ora Dianae.
19 Appul. de mundo 38 sed tria fata sunt, cf. Plin. 34, 11
22 cf. Pausan. VIIII 34, 2 Steph. Byz. u. Ἄπτερα.
27 cf. Luciani Ὄνειρος ἢ Ἀλεκτρυών 3

---

16 grangeticus *P* | anteit] annit *P* 17 cynnameo *T* | //nido *V* 18 ☾ Tergemina *P* | haęcate *V*[1] //aecate *V*[2] echate *Pλ* | dianae: e *euanuit V* 19 tres *PT* | carites *V* carithes *λ* | terna *T* 20 tres *P* | trinacria: c *et* r *medium rescr. V* trinachia *P* | sirenes *Gλ* syrenes *T* Sirenides *Is. Vossius* Κηληδόνες (*Pindarus ap. Pausan. X 5, 12*) *FRitschl MSchmidt* | omin/a *ex* ominia *V* uel omina *marg. λ prob. Scaliger 1, 16* | terna *V* t'na *P* trina *Z* (trin$\overset{a}{\text{ę}}$ *T*) ternae *Schenkl* 22 certa/re (t *eraso*) *V* | camoenis *λ* 24 sophie *P*[a] | partes] pres *P* | punita *P* | trimestres *G* 25 coeli *T* | que *om. G* | uias uices *T* | nocti *V* 27 deprenso *Z* (deprehenso *λ*) depenso *VP* | mat' *P*[a] 28 uespere] trippe *P* 29 iussa: i *al. rescr. V* | adfixit: i *al. intrus.*, t *pr. ss. V* affixit *P*, iussaque quaternis suspendit *Z* | opima] pigma *V* | tropheis *PZ* 30 lirici *V* linrici *λ* | in nemosinarum (in *eraso al.* m *reposuit*) *V* ĩ nemosynarum *P* mnemosinar/ *marg. coaeua m. V* nemosinarum *Z* 31 solis *λ* | phebi *P*

Set Citheron totiens ternas ex aere sacrauit
Relligione patrum, qui sex spreuisse timebant.
Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo:
Qualia bis genito Thebis trieterica Baccho.
Tris primas Thraecum pugnas tribus ordine bellis
Iuniadae patrio inferias misere sepulcro.
Illa etiam thalamos per trina aenigmata quaerens,
Qui bipes et quadrupes foret et tripes, omnia solus,
Terruit Aoniam uolucris, leo, uirgo triformis
Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.
Trina in Tarpeio fulgent consortia templo.
Humana efficiunt habitacula tergenus artes:
Parietibus qui saxa locat, qui culmine tigna,
Et qui supremo comit tectoria cultu.
Hinc Bromii quadrantal et hinc Sicana medimna.
Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat usus agendi.
In physicis tria prima: deus, mundus, data forma.
Tergenus omnigenum: genitor, genetrix, generatum.

---

32 cf. Varro ap. Augustin. de doctr. christ. II 16 (Pausan. VIIII 29, 2)

37 Val. Max. II 4, 7 gladiatorium munus primum Romae datum est . . . dederunt Marcus et Decimus filii Bruti Perae funebri memoria patris cineres honorando.

---

32 set] V^1 | citeron *V P* cytheron *Gλ* | haere V^1 33 relligione] *VG* religione *PZ* | qui sex praebuisse *V* quis exp̄uisse *P* qs expreuisse *Tλ* quis experuisse *G* *corr. Paris.* | timebās V^1 timebāt V^2 34 trinoctia] noctia *V* 35 trieterico *V* trietrica *P* triaterica *Tλ* | baco *P* 36 prima *P* | Thraecum *Heinsius:* thracum *TG* threcum *λ* pheacum *V* phecum *P* | pugs̄ *P* | ordinē *P* | bellis *V* belli *P* sellis *Z* 37 patrio *VP* patri *Z* sepulchro *λ* 38 terna *T* | quaeres *G* quaeror P^s 39 qudrupes *T* | fore *P* foret *om. λ* 40 uolucs̄ *P* 41 spinx *λ* | uolucs̄ *P* | pinnis V^1 *P* pennis *Z* | pedi/bus (s *eraso?*) *V* | feras *P* 42 terna *T* | fugent *P* florent *T* 43 hauitacula *V* | artis *VP* artes *λ* arces *TG* 44 pariectibus *P* | locant *Z* 45 comit] fucat *Z* 46 hic *V* | hīc sicanā edimna V^1 47 hoc — haec *V* h̄ — h́ *P* haec — haec *λ* hoc — hoc *TG* | tribus *om. λ* | usi fagendi *P* 48 phisicis *VPT* 49 trigenus *V* tris genus *PZ* | genetrix] *VG* genitrix *PTλ*

Per trinas species trigonorum regula currit:
Aequilatus uel crure pari uel in omnibus inpar.
Tris coit in partes numerus perfectus, ut idem
Congrege ter terno per ter tria dissoluatur.
Tris primus par, impar habet mediumque: sed ipse
Vt tris, sic quinque et septem quoque diuidit unus;
Et numero in toto positus sub acumine centri
Distinguit solidos coebo pergente trientes,
Aequipares dirimens partes ex inpare terno;
Et paribus triplex medium, cum quattuor et sex
Bisque quaternorum secernitur omphalos idem.
Ius triplex, tabulae quod ter sanxere quaternae:
Sacrum, priuatum et populi commune quod usquam est.
Interdictorum trinum genus: unde repulsus
Vi fuero aut utrubi fuerit quorumue bonorum.
Triplex libertas capitisque minutio triplex.
Trinum dicendi genus est: sublime, modestum
Et tenui filo. triplex quoque forma medendi,
Cui logos aut methodos cuique experientia nomen.
Et medicina triplex: seruare, cauere, mederi.
Tris oratorum cultus: regnata Colosso

---

Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede carmine uultu.
Vrania motusque poli scrutatur et astra.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.
Mentis Apollineae uis has mouet undique Musas:
In medio residens complectitur omnia Phoebus.

IIII.

370 [Ecl. III Anthol. lat. 679 R.]

DE SIGNIS CAELESTIBVS.

Ad Boreae partes Arctoe uertuntur et Anguis,
Post has Arctophylax pariterque Corona, genuque

III *G* = *SGall. 899, T* = *Turicensis 78* Nomina musarum. Clio — litteras *T om. G* | comedias *T* | rethoricam *T* | caliope *T* ‖ 1 lio (C *rubricator om.*) *G* 2 urguet *GT* 3 comicolasciuo *T?* 4 melpone *GT*[1] | tragica *T (non G)* 5 cytharis *GT* | augere *G* 6 casmine *T* *u.* 9 *post u.* 6 *uulgo cum Cantabr. et Paris. cf. Anthol. lat. 88 R.* 8 Vrania *T (producta a ut Anthol. lat. 88, 8 R.),* Vrani *G* | motusque poli *Peiper* poli motus *GT* 9 caliope *GT* 10 apolloneę *T* | *aut* 10 *aut* 11 *spurium putat Riese.*

IIII *V* = *Valentianus 393, C* = *Caroliruhensis Aug. 167, G* = *Gudianus 132, Vat.* = *Vaticanus Reg. 215* ‖ Versus princ. de XII signis *Vat.* Prisciani epitome phenomenon *G* *inscr. om. CV* 1 arctoi *CV corr. Baehrens* arctoae *G* 2 arctofilax *C* arctophilax *VG (ubi* c *ex corr.) Vat.*

Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus et Cassiopeia,
Auriga et Perseus, Deltoton et Andromedae astrum,
Pegasus et Delphin Telumque, Aquila Anguitenensque.
Signifer inde subest, bis sex et sidera complent
Hunc: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Scorpius, Arquitenens, Capricornus et urnam
Qui tenet et Pisces. post sunt in partibus Austri
Orion, Procyon, Lepus, ardens Sirius, Argo,
Hydrus, Chiron, Turibulum quoque Piscis et ingens.
Hinc sequitur Pistrix simul Eridanique fluenta.

V.

SVLPICIA QVERITVR DE STATV REIP. ET TEMPORIBVS DOMITIANI.

Musa, quibus numeris heroas et arma frequentas,
Fabellam permitte mihi detexere paucis;
Nam tibi secessi tecum penetrale retractans
Consilium: quare nec carmine curro Phalaeco,
Nec trimetro iambo, nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.
Cetera quin etiam, quot deinceps milia lusi
Primaque Romanos docui contendere Grais
Et salibus uariare nouis, constanter omitto.

---

3 lira *Vat.* | casiophea *C* cassiiphea *V*[1] casiephia *Vat.* cassiopea *G* 4 aurigam *V* | et *om. VC* 5 delfin *VG* | aquila *om. Vat.* 8 arcitenens *libri* | urna *CVG* 10 procion *V* procum *Vat.* | argo/ *G* 11 idros *V* ydros *Vat.* ydris *G* | cidron *V* | pisces *G*

V *V = ed. pr. Venetiis 1498, P = ed. Parmensis Thadei Vgoleti 1496, ω = PV* Decii magni Ausonii Catalogus Vrbiū nobiliū Finit. | Sulpitia Incipit. | Queritur de statu Rei pu. & temporibus Domitiani. *P* Sulpitia incipit *V* Heroicum Sulpici carmen. LXX. *R Volaterranus Comment. urb. l. IV f. LVI (ed. pr. Rom. a. 1506)* 3 secessit *V* 4 neque *V* | phaleuco *P* phaleco *V* Phalaeci *Schlaeger f.* Phalaeceo 5 iambo] *an* elumbo — pede *?* 6 didicit *Vinetus* discit *ω* 7 cætera *ω an* Ludicra *?* | quod denique *ω corr. Peiper* quondam quae *Heinsius* | mollia *Burmann* 8 Romanas *Vinetus* | graiis *ω*

Teque, quibus princeps et facundissima calles,
Adgredior: precibus descende clientis et audi.

Dic mihi, Calliope, quid iam pater ille deorum
Cogitat? an terras et patria saecula mutat
Quasque dedit quondam marcentibus eripit artes?
Nosque iubet tacitos et iam rationis egentes,
Non aliter, primo quam cum surreximus aruo,
Glandibus et purae rursus procumbere lymphae?
An reliquas terras conseruat amicus et urbes,
Sed genus Ausonium Rutulique extirpat alumnos?
Quid? reputemus enim: duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput, uirtus belli et sapientia pacis.
Sed uirtus, agitata domi et socialibus armis,
In freta Sicaniae et Carthaginis exulat arces
Ceteraque imperia et totum simul abstulit orbem.
Deinde, uelut stadio uictor qui solus Achaeo
Languet et immota sensim uirtute fatiscit,
Sic itidem Romana manus, contendere postquam
Destitit et pacem longis frenauit habenis:
Ipsa domi leges et Graia inuenta retractans,
Omnia bellorum terra quaesita marique
Praemia consilio et molli ratione regebat;
Stabat in his (neque enim poterat constare sine istis):
Haut frustra auctori mendaxque Diespiter olim,
'Imperium sine fine dedi' dixisse probatur.

34 Vergil. A. I 279

10 et] o *OJahn* 11 aggredior *ω* 12 iam *Peiper* non *P* nam *V* nunc *Baehrens* 13 et] in *Heinsius* ad *Baehrens* 14 marcentibus *Teuffel Peiper* morientibus *ω* 15 tacitas *P* | etiam *ω* | egenos *V* *post u.* 15 *secuntur* 20—22 *ω*, *transposuit Vinetus* 16 aruo] aeuo *Auantius* 17 procurrere *ω* *corr. Pithoeus* 18 amicas *V* 19 Romuli *ω* *corr. Peiper* | exturbat *ω* *corr. Sebis. Baehrens* 20—22 *uid. ad* 15 23 exilit *ω* *corr. Peiper* | artes *V* 24 cætera *ω* 25 uelit *P* | stadio *ed. Tornaes.* studio *ω* | acheo *P* 26 sensim *Heinsius? Peiper Baehrens*[2] secum *ω* senio *Heinsius* segnis *Franken* | facessit *ω* *corr. Scaliger* 31 premia *P* 32 istis *Peiper* ipsis *ω* 33 haut *Cannegieter*, aut *ω* | auctori *Peiper* uxori *ω*

Nunc igitur qui rex Romanos imperat inter,
Non trabe, sed tergo prolapsus et ingluuie albus,
Et studia et sapiens hominum nomenque genusque
Omnia abire foras atque urbe excedere iussit?
Quid fugimus Graios hominumque reliquimus urbes,
Vt Romana foret magis his instructa magistris,
Iam (Capitolino ueluti turbante Camillo
Censibus et trutina Galli fugere relicta)
Si nostri palare senes adiguntur et ipsi
Vt ferale suos onus exportare libellos?
Ergo Numantinus Libycusque errauit in isto
Scipio, qui Rhodio creuit formante magistro,
Ceteraque illa manus bello facunda secundo?
Quos inter prisci sententia dia Catonis
Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis
An magis aduersis staret Romana propago.
Scilicet aduersis! nam, cum defendier armis
Suadet amor patriae et caritura penatibus uxor,
Conuenit, ut uespis, quarum domus arce Monetae,
Turba rigens strictis per lutea corpora telis;

---

36 tergo] cf. Sueton. Domit. 1. — Sueton. Dom. 18 deformis et obesitate uentris.

37 Sueton. Domit. 10 philosophos omnis urbe Italiaque summouit.

48 Horat. S. I 2, 32 sententia dia Catonis.

---

35 res romanas ω *corr. Douza* | imperat *Scaliger* inferat ω 36 non trabe sed tergo ω *i. non faciendo sed patiendo.* non trabs sed trico *Baehrens* 39 fugimus *Peiper* facimus ω | relinquimus ω *corr. Pithoeus* 41 Iam *Peiper* non ω nunc *Scaliger* 42 Ensibus ω *corr. Withof* | fugiere *V* 43 si *V* sic *P* | dicuntur ω *corr. Baehrens* 44 suo sonus ω *corr. Scaliger* | exportare *Burmann* extirpare ω 45 numantinas libycas ω *corr. ed. Tornaes.* 46 qui] quod *Cannegieter* | Rudio *Heinsius* 47 cætera ω | foecunda *Auantius* 49 adeo *Pithoeus* deos ω 51 deffendier *P* 52 caritura *Peiper* captiua ω 53 ut uespis *sc.* conuenit turba | monetae] mouente *V* *post* 53 *excidisse uersum coniecit Baehrens* 54 rigens *uulgo* tegens ω regens *ed. Tornaes.* uigens *Barthius* turbat agens *Pulmann*

Ast ubi res secura redit, oblita furorum
Plebs rectorque una somno moriuntur obeso:
Romulidarum igitur longa et grauis exitium pax. —

Hic fabella modo pausam facit. optima, posthac
Musa, uelim moneas, sine qua mihi nulla uoluptas
Viuere: uti quondam, dum Smyrna Byblisque peribat,
Nunc itidem migrare uacat. uel denique quiduis
Vt dea quaere aliud: tantum Romana Caleno
Moenia iucundos pariterque auerte Sabinos.
Haec ego. tum paucis dea me dignarier infit:
'Pone metus aegros, cultrix mea: summa tyranno
Haec instant odia et nostro periturus honore est.
Nam laureta Numae fontisque habitamus eosdem,
Et comite Egeria ridemus inania coepta.
Viue, uale! manet hunc pulchrum sua fama dolorem:
Musarum spondet chorus et Romanus Apollo.'

---

55 res *LMueller* apes ω *an* pax? | fauorum *P* suorum *V corr. Peiper* 56 rector *Peiper,* frater ω 58 hic *Peiper* hac ω 59 qua] quo (*sc.* monito) *Sebis.* 60 Smyrnalibusque ω *corr. Peiper (nympha pro urbe)* 61 uacat *Peiper* uelit ω uelim *Boxhorn* 62 ut] tu *uel* i *Heinsius* 63 facundos *V* | aduerte *Scaliger* 64 dignatur et infit *Pithoeus* | infit] istis *Withof* 65 aegros *Peiper* aequos ω caecos *MHertz* 66 haec] *f.* hinc | perituru sonore est *MHertz* 67 fontis *P* fonteis *V* 68 ægeria *P* | cæpta *P* 'cepta *V* 69 sua *Pithoeus* tua ω ‖ Finiunt Sulpitiæ dicta ω (*secuntur in P* Epigrammata Ausonii: quae feruntur emanasse e bibliotheca Georgii Alexandrini Viri de lingua latina Benemeriti)

VI.

[107 Antholog. Salmas. 263 R.]

IN PVERVM FORMOSVM.

Dum dubitat natura, marem faceretne puellam:
Factus es, o pulcher, paene puella, puer.

VII.

[VII]

DE MATRE AVGVSTI.

Ante omnes alias felix tamen hoc ego dicar,
Siue hominem peperi femina siue uirum.

VIII.

[247 Epit. XXX]

DIDONI.

Infelix Dido, nulli bene nupta marito:
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

VIIII.

AD AMICAM.

Ecce rubes nec causa subest. me teste pudicus
Iste tuus culpam nescit habere rubor.

VI 1 Hor. S. I 8, 2 incertus scamnum faceretne Priapum.

VI *Vgoletus ed. post c. XXXV* 1 Dum *V* cum *A* | facerer *V* 2 natus es *cod. Salmasianus* | pene *VA*

VII *dedit hoc fragmentum Auantius in ed. Veneta*[4] *a. 1507 post Sulpiciam.* 1 foelix *A* | dicar *Lugdun.* dicor *A* 2 hominem *A* deum *Lugdun.* | foemina *A*

VIII *Lugdunenses ediderunt p. 264 post epit. XXVII (244)*

VIIII *et* X *inter excerpta ex Ausonio habet p (Paris. 18275 s. XIII): Ausonii non sunt sed posterioris aeui.* 1 ℭ ecce *p* 2 rubor *Baehrens*, pudor *p*

Et uice populeae frondis tremis et uice lunae,
Puniceam maculant lutea signa cutem.
Amplexus etiam nostros pudibunda recusas
Et, si testis adest, oscula sueta fugis.

X.

Consuetudo oculis nil sinit esse nouum.

---

4 maculam *ut uid.* *p* 6 sueta *Baehrens* set[u]a *(pr. corr.)* *p*
X ☾ consuetudo *p*

XXIII.

ITALORVM S. XV EPIGRAMMATA.

AVSONII POETAE EPIGRAMMATA NVPER INVENTA ET AB ERVDITISSIMO VIRO BARTHOLOMAEO MERVLA PVBLICATA.

I [255 Epit. xxxviii]

EX SEPVLCHRO LATINAE VIAE.

Non nomen, non quo genitus, non unde, quid egi:
Mutus in aeternum sum: cinis, ossa, nihil.
Nec sum nec fueram genitus, tamen e nihilo sum;
Mitte nec exprobres singula: talis eris.

I *Scaliger Lect. Auson. II 20 (Gruter.*[1] *938, 8):* ut est illud Lactorate in Nouempopulonia:

D. I. M.
NON . FVI . FVI . MEMINI .
NON . SVM . NON . CVRO .
DONNIA . ITALIA . AN-
NORVM . XX . HIC . QVIE-
SCO . C . MVNATIVS . C .
DONNIA . CALISTE . LI-
BERTE . PIISSIME .

Anth. lat. 1514 Meyeri: Tulliae Sympherusae

Olim non fuimus, nati sumus; unde quieti
Nunc sumus, ut fuimus: cura relicta. uale.

M = ed. Merulae in ed. Veneta[3] *a. 1496* *V = ed. Vgoleti M Parm. 1499 (V*[2] *ed. 1501)* *A = HAuantius (A*[1] *ed. Veneta*[4] *a. 1507, A*[2] *ed. Aldina 1517)*

AVSONII *etc.*] *M*

I 1 ægi *M* aeui *Schenkl*

II [CXVIII] IN DIDONIS IMAGINEM EX GRAECO.

Illa ego sum Dido, uultu, quem conspicis, hospes,
  Assimilata modis pulchraque mirificis.
Talis eram; sed non, Maro quam mihi finxit, erat mens
  Vita nec incestis feta cupidinibus.
Namque nec Aeneas uidit me Troius unquam,
  Nec Lybiam aduenit classibus Iliacis;
Sed furias fugiens atque arma procacis Hiarbae
  Seruaui, fateor, morte pudicitiam;
Pectore transfixo costas quod perculit ensis,
  Non furor aut laeso crudus amore dolor:
Sic cecidisse iuuat. uixi sine uulnere famae,
  Vlta uirum positis moenibus oppetii.

II Anthol. XVI 151 (Plan. IIII 9, 24)

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ

εἰς εἰκόνα Διδοῦς.

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις,
  εἰκόνα θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην·
Τοίη καὶ γενόμην, ἀλλ' οὐ νόον οἷον ἀκούεις,
  ἔσχον ἐπ' εὐφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένη·
Οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ' ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
  Τροίης περθομένης ἤλυθον (ἤλυθεν?) ἐς Λιβύην·
Ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων
  πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον.
Πιερίδες, τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα;
  οἷα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο παρθενίης·

1 cf. Anthol. lat. Meyer. 1183 Ille ego . . . Hic sum quem cernis nunc

9 Verg. A I 44 transfixo pectore. Verg. A VIIII 431 uiribus ensis adactus transabiit costas cf. X 681 XII 508

10 Verg. A V 5 duri magno sed amore dolores polluto.

12 Verg. A IIII 655 sq. urbem praeclaram statui, mea moenia uidi ulta uirum . . .

II Ex Graeco] Quattuor ultima carmina huius Epigrammatis non habentur in graeco Codice *add.* *VA* 1 quem *Barthius* qui *MV* quam *A* quo *Baehrens* 2 assimulata *VA* 4 uitta *Heinsius* | feta *uel* foeda *Peiper* laeta *MVA* laesa *Heinsius* 5 me] nec *V* 6 Libyam *VA* 7 furia *A*[1] | Iabrae *V* Iarbae *A* 9 costas *Peiper* castos *MVA* castus *Graeuius* castum *Toll* casto *Baehrens* | pertulit enses *MVA corr.* *Graeuius* 10 laesus *M* lesos *VA*[1] laesos *A corr.* *Accursius*

Inuida cur in me stimulasti, Musa, Maronem,
Fingeret ut nostrae damna pudicitiae?
Vos magis historicis, lectores, credite de me,
Quam qui furta deum concubitusque canunt
Falsidici uates, temerant qui carmine uerum
Humanisque deos assimilant uitiis.

III [cxxxvii] DE MATRIMONIO GRAMMATICI INFAVSTO.

'Arma uirumque' docens atque 'arma uirumque' peritus,
Non duxi uxorem, sed magis arma, domum.
Namque dies totos totasque ex ordine noctes
Litibus oppugnat meque meumque larem;
Atque, ut perpetuis dotata a matre duellis,
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Iamque repugnanti dedam me, ut denique uicta
Iurget ob hoc solum, iurgia quod fugiam.

III *Ἀγαθίου ἢ Παλλαδᾶ.*

Μῆνιν ἄειδε μαθὼν καὶ μῆνιν ἄειδε διδάξας
οὐλομένην γαμετὴν ἠγαγόμην ὁ τάλας·
Πᾶν δ' ἦμαρ μάχεται καὶ παννυχίη πολεμίζει,
ὡς παρὰ τῆς μητρὸς προῖκα λαβοῦσα μάχην.
Ἢν δὲ θέλω σιγᾶν καὶ μαρναμένῃ ὑποείκειν,
ὅττιπερ οὐ μάχομαι, τοῦδ' ἕνεκεν μάχεται.

ex Philostrati codice Boissonade ad eiusdem heroicum p. 638 edidit (Anth. Graec. ed. Jacobs t. II 747 et III 885 (cf. Anthol. Pal. VIIII 168 (Plan. I 17, 1)

---

18 assimulant *VA*

III De infausto (in Fausto *V*) matrimonio grammatici *VA* 4 oppugnant *M corr. VA* 5 dotata matre *MV* d. a Marte *A* 7 uicta *Peiper* uictus *M* uictum *V* uitem *A* uicto *Heinsius* uitet *Hartel* 8 iurget *Paris.* iurgia *MVA*

IIII [cxvii] DE HOMINE PIGRO.

Sanus piger febriente multo est nequior:
Potat duplum dapesque duplices deuorat.

V [cxxxii] IN CAECVM ET CLAVDVM.

Insidens caeco graditur pede claudus utroque:
Quo caret alteruter, sumit ab alterutro.
Caecus namque pedes claudo gressumque ministrat,
At claudus caeco lumina pro pedibus.

VI [cxxxiii] ALITER IN CAECVM ET CLAVDVM.

Ambulat insidens caeco pede captus utroque
Atque alterna subit munia debilitas;
Nam caecus claudo pedes commodat, ille uicissim
Mutua dat caeco lumina pro pedibus.

IIII *Μενάνδρου Ἐπιτρεπόντων* II (Stob. Flor. XXX 7 Meineke Fr. Com. IIII 119):

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
ἀθλιώτερος, διπλάσια γοῦν ἐσθίει μάτην.

cf. Menandri Mon. 34. Theophylactos Simocatos epist. LXI p. 316.

V. VI Anthol. Pal. VIIII 12 (Plan. I 4, 2)

ΛΕΩΝΙΔΟΥ

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἠέρταζεν,
ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.
Ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἡρμόσθησαν,
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις ἀντιπαρασχόμενοι.

cf. Anth. Pal. VIIII 11 et 13 (Plan. I 4, 1 et 3)

IIII 2 portat *V*

V *correctum est exemplar, c. VI prior carminis forma.* ex Graeco *add. VA*

VI Idem *VA* 3 pedes *nimirum in scedulis scripserat auctor,* pes *M* pede *VA*

VII [XLIII] IN VENEREM ARMATAM.

Armatam Pallas Venerem Lacedaemone uisens:
'Vis nunc iudicium sic ineamus!' ait.
Cui Venus arridens: 'Quid me galeata lacessis?
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?'

VIII [CVI] IN IMAGINEM VENERIS.

Emersam pelagi nuper genitalibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus:
Vt complexa manu madidos salis aequore crines
Humidulis spumas stringit utraque comis.
Iam 'tibi nos (i prae!)' Iuno inquit et innuba Pallas,
'Cedimus et formae praemia deferimus'.

VII Anthol. XVI 174 (Plan. IIII 12, 22)

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ

(εἰς τὴν ἐν Σπάρτῃ ἔνοπλον Ἀφροδίτην)

Παλλὰς τὰν Κυθέρειαν ἔνοπλον ἔειπεν ἰδοῦσα·
'Κύπρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;'
Ἡ δ' ἁπαλὸν γελάσασα· 'τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;
εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω;'

cf. Auson. ep. LXIIII (42)

VIII Anthol. XVI 178 (Plan. IIII 12, 26)

Ἀντιπάτρου Σιδωνίου

Εἰς τὴν αὐτὴν (sc. *Ἀφροδίταν*) *ἀνερχομένην ἀπὸ θαλάττης*

Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσας
Κύπριν, Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος,
Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν
ἐκθλίβει νοτερῶν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.
Αὐταὶ νῦν ἐρέουσιν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη
'οὐκέτι σοὶ μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα'.

4 cf. Catull. 66, 63.

5 i prae: Terent. Andr. 171 Eun. 908 (abi prae: Plaut. Amph. 543 Terent. Eun. 499 Ad. 167 Phorm. 777)

VII 1 lacedemone *V* 2 nunc *Baehrens* ne *M V* ne ut *A*

VIII In Venerem Anadyomenem (Anadyomenen *A*[2]) *VA* 5 i prae *M V* Cypri *A* | inquit *om. V add. A* 6 caedimus *VA* | deperimus *M corr. Heinsius, Sebis.* disperimus *V* deserimus *A*

VIIII ⟨DE VXORE⟩.

*   *   *

VIIII B [CXLII] ALIVD DE VXORE.

Deformis uxor cui sit, ancilla elegans,
Vxorem habere, subigere ancillam uelit.

X [CXLIII] DE VARIETATE FORTVNAE.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu,
Semper mouetur, uariat ac mutat uices,
Et summa in imum uertit ac uersa erigit.

XI [XXII] DE EADEM EXEMPLVM.

Thesauro inuento qui limina mortis inibat,
Liquit ouans laqueum, quo periturus erat;
At qui, quod terrae abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum inuenit, nexuit ac periit.

X 2 Horat. C. IIII 7, 3 mutat . . . uices
3 Horat. C. I 34, 12 sq. ualet ima summis mutare (cf. I 35, 2)
XI Anthol. Pal. VIIII 45 (Plan. I 84, 1)
Στατυλλίου Φλάκκου?
Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν· ὧν ὁ μὲν εὑρὼν ῥίψεν, ὁ δ' οὐχ εὑρὼν λυγρὸν ἔδησε βρόχον.
cf. Auson. ep. XIIII (23)

VIIII *titulum suppleuit Peiper*

VIIII B Aliud *om. VA* 2 habere] *f.* hauere; abigere *uel* abire *Heinsius*

X De Fortunae uarietate *VA* 2 ac] & *VA* 3 uergit *Heinsius*

XI De eodem exemplum *M corr. Peiper,* De uarietate fortunae *VA* 3 reperit *V* 4 ac] & *VA*

XII [CXLIIII] IN PVERVM STELLAM.

Stella, prius uiuis fulgebas Lucifer: at nunc
Extinctus cassis lumine Vesper eris.

XIII [CXXI] DE AMISSA PVELLA.

Tres fuerant Charites, sed, dum mea Lesbia uixit,
Quattuor. at periit : tres numerantur item.

XIIII [CXXXIIII] DE DIVITE ET PAVPERE.

Non est diues opum foelix, nec pauper inopsque
Infoelix, alio nec magis alter eget.
Diues eget gemmis, Cereali munere pauper:
Sic cum egeant ambo, pauper egens minus est.

XII Anthol. Pal. VII 670 (Plan. III 6, 28)
Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου.
Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζώοισιν Ἑῷος·
νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.
cf. Diog. Laert. III 29 p. 182 Appul. de mag. 10.

XIII Anthol. Pal. VIIII 515 (Planud. I 41, 4)
ἄλλο (Κριναγόρου).
Τρεῖς εἰσ' αἱ Χάριτες· σὺ δὲ δὴ μιὰ ταῖς τρισὶ ταύταις
γεννήθης, ἵν' ἔχωσ' αἱ Χάριτες Χάριτα.
Anthol. Pal. V 146 *Καλλιμάχου.*
Τέσσαρες αἱ Χάριτες· ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρίσι κείναις
ἄρτι ποτεπλάσθη, κἤτι μύροισι νοτεῖ
Εὐαίων ἐν πᾶσι ἀρίζαλος Βερενίκα,
ἇς ἄτερ οὐδ' αὐταὶ ταὶ Χάριτες Χάριτες.
cf. Anthol. Pal. VIIII 506, Plan. VII 126 u. 4 et 136. Musaeus v. 95 sq. — Auson. ep. LI (32).

XIIII 1 Verg. A. I 14, II 22 diues opum.

XII puerum *om. VA* | Stillam *M* 1 Stilla *M* | uisis *M corr. Schenkl*, superis *VA*

XIII 1 Carites *M* 2 at *VA*² ac *M* ut *A*¹ | numerantur. Item *V*

XIIII 1 foelix *Peiper* diues *iterum MVA* 2 infelix *VA*² 4 Sic] Sed *Paris.* | qum *M*

XV [CXXXVI] IN GRAMMATICVM.

Foelix grammaticus non est, sed nec fuit unquam
Nec quisquam est foelix nomine grammaticus.
Sed si quis foelix praeter fatum extitit et fas,
Hic demum excessit grammaticos canonas.

XVI [CXVI] EPICVRI OPINIO.

Quod est beatum, morte et aeternum carens,
Nec sibi parit negotium nec alteri.

XVII [CXL] DE INGRATIS EX MENANDRO.

Ingrato homone terra peius nil creat.

XV Anthol. Pal. XI 297 (Plan. II 10, 2)
τοῦ αὐτοῦ (*Λουκιλλίου*, an *Παλλαδᾶ*?)
Οὐδεὶς γραμματικῶν δύναταί ποτε . . . εἶναι,
ὀργὴν καὶ μῆνιν καὶ χόλον εὐθὺς ἔχων.
cf. Anthol. Pal. VIIII 173 (Planud. I 17, 4) *Παλλαδᾶ Ἀλεξανδρέως*.

XVI Cicero de nat. deor. I 17, 45: quod si ita est, uere exposita illa sententia est ab Epicuro, quod beatum aeternumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam nec exhibere alteri. I 30, 85 In illis selectis eius breuibusque sententiis, quas appellatis *κυρίας δόξας*, haec ut opinor prima sententia est: 'quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.' cf. Diog. Laert. X 139: *Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει.*

XVII Menandri ex fabulis inc. CDLXXII (Stobaei Floril. app. p. 31, 11. Mein. IIII 185, 6. Meinekii fr. com. IIII 325. cf. Monost. 34):
Ἀεὶ δ' ὁ σωθεὶς ἐστιν ἀχάριστον φύσει.
ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις,
ἣν δεόμενος τότ' ἀθάνατον ἕξειν ἔφη.
1 Plauti Bacch. III 2, 10 (394 R.): nam pol, meo quidem animo, ingrato homine nil impensiust.

XV 1 felix *VA*[2] *(ubique)* 3 sed] at *Lugdun.* aut *Heinsius* | & fas *M* unquam *VA* 4 hic] is *VA*

XVI 1 Quod est beatum? *M* Quid est beatum: *VA* 2 negocium *VA*

XVII 1 homone *Peiper* homine *MVA* | nil *A* nihil *MV* | nil homine terra peius ingrato creat *Vinetus*

Vicinus, hospes, notus, ignotus, cliens
Et si qua genera sunt egena ciuium,
Si quid petenti promptus opis impertias
Aut misereare, gratia actutum perit.

XVIII [CXLV] EX EODEM.

Re fruere, ut natus mortalis: dilige set rem,
Tanquam immortalis. fama est in utroque uerenda.

---

2 Horat. ep. II 2, 132 bonus uicinus . . . amabilis hospes.

XVIII Anthol. Pal. X 26 (Plan. I 12, 6):

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Isocrates Demonico, patris sui Hipponici exemplum proponens (Isocr. ad Demon. c. 3): *οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαίρως ἠγάπα, ἀλλ' ἀπήλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ἐπαρχόντων ὡς ἀθάνατος.* similia dicta multa collegit Iacobs.

1 Anth. lat. 911 R. Epicuri. Cum te mortalem noris, praesentibus exple Deliciis animum: post mortem nulla uoluptas.

---

3 sunt egena *Peiper Schenkl* sunt: & genus *MV (distinctione sublata)* sunt id genus *A*[1] (sunt id ciuium genus *A*[2]) 5 aut] ut *VA* | misereat *V corr. A* | attutum *ed. Iunt., corr. Vinetus* aut totum *MVA*

XVIII Ex eodem *M sc. Epicuro; praecedebat ni fallor in schedis c. XVI, sequebatur XVII, quem ordinem primus editor temere mutauit.* Ex Menandro *VA* 1 natus *A* mens *MV* | diligis. & rem *MVA corr. Paris.* 2 imortalis *VA*[1] | fama] mors *V* sors *A* | uerenda *A* querenda *M* quaerenda *V*

EPIGRAMMATA AVSONII QVAE FERVNTVR EMANASSE E BIBLIOTHECA GEORGII ALEXANDRINI VIRI DE LINGVA LATINA BENEMERITI.

XVIIII [cxv] IN FVRIPPVM.

Pars te Furippum uocitat, pars uero Furippum,
Altera producens, altera corripiens.
Elige utrum malis: aut tende aut corripe; nomen
Conueniet quauis, fur furiose, tibi.

XX [cxxii] IN FAVSTVLVM STATVRAE BREVIS. [ANCI PROBINI].

Faustulus insidens formicae ut magno elephanto
Decidit et terrae terga supina dedit.
Moxque idem ad mortem est mulcatus calcibus eius,
Perditus ut posset uix retinere animam.
Vix tamen est fatus: 'Quid rides, improbe liuor?
Quod cecidi: cecidit non aliter Phaethon.'

XX Anthol. Pal. XI 104 (Plan. II 32, 13)

ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ

Ἱππεύων μύρμηκι Μενέστρατος, ὡς ἐλέφαντι,
δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη,
Λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον· 'ὦ φθόνε, φησίν,
οὕτως ἱππεύων ὤλετο καὶ Φαέθων.'

V EPIGRAMMATA *etc.*] *V* Ausonii Epigrammata per Dominum Bartolomeū Merulam reperta *A*[1] Ausonii epigrammata *A*[2] *eadem sunt quae a. 1496 publicata erant, ordine mutato atque aucta eis quae iam sequuntur XVIIII—XXVI*

XVIIII 1 uera *VA corr. Paris.* 4 quoduis *Paris.*

XX Anci probini *VA del. Peiper.* Anicii *Vinetus* 3 mulctatus *VA*[1] (*i.* mulcatus), multatus *A*[2] 5 liuor *Accursius* liber *VA* 6 quod *A* qui *V* | cecidi cecidit: non *V* | alter *V corr. A*

XXI [cxxviii] IN MEDEAE IMAGINEM.

Medeam uellet cum pingere Timomachi mens
 Voluentem in natos crudum animo facinus,
Immanem exhausit rerum in diuersa laborem,
 Fingeret adfectum matris ut ambiguum.
Ira subest lachrymis, miseratio non caret ira;
 Alternum uideas ut sit in alterutro.
Cunctantem satis est; nam digna est sanguine mater
 Natorum, tua non dextera, Timomache.

XXII [cxxx] ALIVD IN EANDEM.

Quis te pictorum simulauit, pessima Colchis,
 In natos crudum uoluere mente nefas?

XXI Anthol. XVI 136 (Plan. IIII 9, 8):

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ

εἰς εἰκόνα Μηδείας τὴν ἐν Ῥώμῃ.

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ
 ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,
Μυρίον ἄρατο μόχθον, ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
 ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
Ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν· ὅρα τύπον· ἐν γὰρ ἀπειλᾷ
 δάκρυον, ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται·
Ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων
 ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου.

2 Culex 249 anxia sollicitis meditantem uulnera gnatis.

XXII Anthol. XVI 137 (Plan. IIII 9, 9)

ΦΙΛΙΠΠΟΥ

εἰς τὸ αὐτό.

Τίς σου, Κολχὶς ἄθεσμε, συνέγραφεν εἰκόνι θυμόν;
 τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
Ἆρ' αἰαὶ διψᾷς βρεφέων φόνον; ἤ τις Ἰήσων
 δεύτερος, ἢ Γλαύκη τις πάλι σοι πρόφασις;
Ἔρρε, καὶ ἐν κηρῷ παιδοκτόνε. σῶν γὰρ ἀμέτρων
 ζήλων εἰς ἃ θέλεις καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

XXI 4 affectum *A* ad factum *V* 5 lachrymis *V* 6 alternum] alterutrum *A (cf. V 2)* | *post u. 6 sequentis carminis uu. 9 et 10 (XXIII) transposuit Schenkl* 7 nam digna (*uel* condigna) *Accursius* indigna *V A f.* en digna (*sic Baehrens*) | matre *V corr. A*

XXII 2 uoluent *A*[1] *err. typ.*

Vsque adeone sitis puerorum haurire cruorem,
Vt ne picta quidem parcere caede uelis?
Numnam te pellex stimulat? numne alter Iason,
Altera uel Glauce sunt tibi causa necis?
Quin ne picta quidem sis barbara; namque tui uim
Creta tenax zeli concipit immodicam.

XXIII [cxxx 9 sq.]

Laudo Timomachum, matrem quod pinxit in ensem
Cunctantem, prolis sanguine ne maculet.

XXIIII [cxxxv] DE PENELOPE.

* * *

Intemerata procis et tot seruata per annos
Oscula, uix ipsi cognita Telemacho.
Hinc mea uirginitas facibus tibi fulsit adultis:

---

8 Vergil. G IIII 161 tenaces . . . ceras

XXIII Anthol. XVI 135 (Plan. IIII 9, 7)

ΑΔΗΛΟΝ

εἰς εἰκόνα Μηδείας ἐν Ῥώμῃ.
Τέχνη Τιμομάχου στοργὴν καὶ ζῆλον ἔδειξε
Μηδείης, τέκνων εἰς μόρον ἑλκομένων·
Τῇ μὲν γὰρ συνένευσεν ἐπὶ ξίφος, ᾗ δ' ἀνανεύει,
σώζειν καὶ κτείνειν βουλομένη τέκεα.

cf. Anthol. XVI 138 (Plan. IIII 9, 10) 1 sq. *δεῦρ' ἴδ' ἄγαλμα Κολχίδα, Τιμομάχου χειρὶ τυπωσαμένου.*

XXIIII 3 cf. Ouid. I 115 sq. certe ego, quae fueram te discedente puella, protinus ut uenias facta uidebor anus.

---

3 adeo meritis *V corr. A* 4 puta *V corr. A* | parcerae *V* 5 nun nam *V corr. A* | nun (*i.* nunc) *V corr. A* 7 puta *V corr. A* | tui uim *Lugdun.* tui mens *VA* tumorem — immodicum *Peiper* 8 creta] cera *Accursius* | geli *V* caeli *A*[1] coeli *A*[2] *corr. Accursius*

XXIII *cum c. XXII cohaeret VA, separauit Peiper* 9 ense *Gronouius* 10 si *Gronouius*

XXIIII *fragmentum est et reliquiae iusti poematis (Scaliger) truncum ab initio et fine (Vinetus) epistulae sc. ad exemplum Ouidianarum.* 1 et] *f.* ego | *post u.* 2 *excidisse uersum suspicor* 3 hinc] nunc *Brandes* | fulsit *Peiper* lusit *VA* luxit

Arsit et in uidua principe uerus amor.
Saepe ego mentitis tremui noua foemina somnis
Lapsaque non merito sunt mihi uerba sono.
Et tamen ignotos sensi experrecta dolores
Strataque tentaui sicca pauente manu;
Nam tibi anhelanti supremaque bella mouenti
Paruit indulgens et sine uoce pudor,
Dente nihil uiolare fero, nihil unguibus ausae;
Foedera nam tacita pace peregit amor.
Denique non auiam tremulo clamore uocaui
Nec prior obsequio serua cucurrit anus:
Ipsa uerecundo tetigi pallore puellum,
Impositum teneri fassa pudoris opus.

* * *

XXV [CXXXVIII] DE FRATRIBVS THEBANIS.

Nec Stygiis lucis ineunt sua foedera fratres
Oedipodionidae, de misero ah miseri!

---

4 ib. 10 uiduas manus 81 uidua lecto
8 Mart. XI 81 et iacet in medio sicca puella toro. Ouid. Ars II 686 siccaque de lana cogitat ipsa sua.
XXV Anthol. Pal. VII 396 (Plan. III 14, 2)

Βιάνορος Βιθυνοῦ

Οἰδίποδος παίδων Θήβη τάφος· ἀλλ' ὁ πανώλης
τύμβος ἔτι ζώντων αἰσθάνεται πολέμων.
Κείνους οὔτ' Ἀίδης ἐδαμάσσατο, κἠν Ἀχέροντι
μάρνανται· κείνων χὠ τάφος ἀντίπαλος,
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον. ὢ ἐλεεινοὶ
παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων.

2 Stat. Th. I 313 Oedipodionides VII 216 Oedipodionidas

Canter, olim gliscit *Peiper* 4 inuidia *VA corr. Heinsius Sebis.* | serus *Heinsius* 7 ignoto A^2 | experecta VA^1 8 tentaui] *VA* 10 pudor *Peiper* dolor *VA* 11 ause *V* 15 ipse A^2 | puellas *VA corr. Peiper (sc. paruulum filium)* 16 onus *Sebis.*

XXV 2 Oedipodionide *A*

Namque etiam ex uno surgentes aggere flammae,
In diuersa sui dissiliunt cineres.
Infandos iuuenes, quos nec discordia cassos
Luce nec in semet linquit atrox animus.
Atque utinam et Thebas quissent partirier ipsas
Regnorum et metas ut cinerum nebulas!

XXVI [CXLI] DE DEMOSTHENIDE.

* * *

XXVI B

Discere, si cupis, a doctis quam multa licebit;
Quae nosti, meditando uelis inolescere menti;
Quae didicisti, haut dediscendo absumere tendas.

---

3 Stat. Th. XII 431 exundant diuiso uertice flammae Alternasque apices abrupta luce coruscant.

4 cf. Ouid. Tr. V 5, 36: scinditur in partes atra fauilla duas.

5 Ouid. Tr. V 5, 35 ipsa sibi discors. Stat. Theb. XII 448 rogi discordis hiatus.

8 Ouid. Tr. V 5, 31 sensus inest igitur nebulis quas exigit ignis.

XXVI cf. Anthol. Pal. XI 266 (Plan. II 13, 9)

τοῦ αὐτοῦ (Λουκιλλίου)
Ψευδὲς ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθενίς· εἰ γὰρ ἀληθὲς
ἔβλεπεν, οὐκ ἂν ὅλως ἤθελεν αὐτὸ βλέπειν.

XXVI B Catonis disticha IIII 23.

Disce, sed a doctis.

2 Idem IIII 21 Exerce studium! (*at* Isocr. I 18 *ἃ μὲν ἐπίστασαι, ταῦτα ἀναφύλαττε ταῖς μελέταις, ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, προςλάμβανε ταῖς ἐπιστήμαις. contulit Schenkl.*)

3 Idem IIII 27 Discere ne cessa.

---

3 etiam] *f.* ecce | surgentes] dum surgunt *Schenkl* 4 cineris *Lugdun.* 8 metus V^2

XXVI. XXVI B *titulus alienus est ab ipso carmine; separaui* De Demosthene *VA corr. Peiper* 1 cupias doctus *VA corr. Graeuius* 3 aut dum discendo *VA corr. Peiper* (haud *Paris.*)

CARMINA A THADAEO VGOLETO AVSONI EPIGRAMMATON LIBRO INSERTA.

XXVII [246 Epit. xxviii]

⟨IN SIGNVM MARMOREVM NIOBES⟩.

Habet sepulcrum non id intus mortuum,
Habet nec ipse mortuus bustum super;
Sibi sed est ipse hic sepulcrum et mortuus.

XXVIII [lxi] ⟨DE BVCVLA MYRONIS⟩.

Errasti attendens haec ilia nostra, iuuence:
Non manus artificis lac dedit uberibus.

XXVIIII [lxii] DE EADEM.

Pasce greges procul hinc, ne quaeso, bubulce, Myronis
Aes ueluti spirans cum bobus exagites.

XXVII Anthol. Pal. VII 311 (Plan. III 7, 3)
Ἀγαθίου σχολαστικοῦ (εἰς Νιόβην)
Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν·
ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον,
ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.
ex Eustathii Macrembolitae aenigmatis (ed. JHilberg Vindob. 1876 p. 209) auctor latini epigrammatis hausisse uidetur.

XXVIII Anthol. Pal. VIIII 721 (Plan. IIII 7, 9)
Ἀντιπάτρου Σιδωνίου
Μόσχε, τί μοι λαγόνεσσι προσέρχεαι; τίπτε δὲ μυκᾷ;
ἁ τέχνα μαζοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα.

XXVIIII Anthol. Pal. VIIII 715 (Plan. IIII 7, 3)
Ἀνακρέοντος
Βουκόλε, τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
βοΐδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

XXVII De eodem trimetrum iambicum *VA (praecedebat V ep. LXIII (245)* 1. 3 sepulchrum *A* 3 hic ipse *V corr. A*

XXVIII De eadem *VA (praecedebat epigr. LXX (60)* Ad Daedalum de eadem bucula) 1 attundens *Peiper* attentans *Heinsius Sebis.*

XXVIIII 2 bubus *Paris.*

XXX [LXIII] DE EADEM.

Me uitulus cernens immugiet; irruet in me
Taurus amans; pastor cum grege mittet agens.

XXXI [LXXXV] DE EODEM.

Daphnen et Nioben saltauit simius idem:
Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

XXXII [CIIII] AD DELIAM LASCIVIENTEM CVLTV.

Delia, nos miramur: et est mirabile, quod tam
Dissimiles estis tuque sororque tua.
Haec habitu casto, cum non sit, casta uidetur,
Tu praeter cultum nil meretricis habes.
Cum casti mores tibi sint, huic cultus honestus,
Te tamen et cultus damnat et actus eam.

XXXIII [CV] AD GALLAM.

Vado, sed sine me, quia te sine: nec nisi tecum
Totus ero, pars cum sim altera, Galla, tui.

XXX Anthol. Pal. VIIII 730 (Plan. IIII 7, 18)
Δημητρίου Βιθυνοῦ
Ἢν μ' ἐσίδῃ μόσχος, μυκήσεται· ἢν δέ γε ταῦρος,
βήσεται· ἢν δὲ νομεύς, εἰς ἀγέλην ἐλάσει.
XXXI Anthol. Pal. XI 255 (Plan. II 38, 3)
Παλλαδᾶ
Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός,
ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην.
XXXIII cf. Auson. ep. XXXIIII (13)
2 Horat. C. II 17, 5 sq. a, te meae si partem animae rapit maturior uis, quid moror altera.

XXX 2 agens *Scaliger* amans *VA* ouans *Accursius (cf. Auian. 18, 4)*
XXXI *sine titulo cohaerens superiori A*^{1} Aliud *A*^{2}
XXXII Ad deliam] De deliam *V corr. A* In D. *Schenkl* 1 uos *Paris.* 3 abitu *VA*^{1} *corr. A*^{2}
XXXXIII 1 Vado ego *Heinsius*

Vado tamen, sed dimidius: uado minor ipso
  Dimidio, nec me iam locus unus habet.
Nam tecum fere totus ero; quocumque recedam,
  Pars ueniet mecum quantulacumque mei.
Separor unus ego, sed partem sumo minorem
  Ipse mei; tecum pars mea maior abit.
Si redeam tibi, totus ero: pars nulla uacabit,
  Quae mox non redeat in tua iura. uale.

XXXIIII [251 Epitaph. xxxiiii]

EPITAPHIVM CALLICRATEAE.

Viginti atque nouem genitrici Callicrateae
  Nullius sexus mors mihi uisa fuit.
Sed centum et quinque expleui bene mensibus annos,
  In tremulam baculo non subeunte manum.

CARMINA AB VGOLETO EXPLETA.

XXXV [LIIII] DE EFFIGIE REGIS CROESI.

[Effigiem, rex Croese, tuam, ditissime regum,
  Vidit apud manes Diogenes Cynicus.]
Constitit utque procul, solito maiore cachinno

XXXIIII Anthol. Pal. VII 224 (Plan. III 12, 13)

ἀδέσποτον.

Εἴκοσι Καλλικράτεια καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα
  οὐδ' ἑνὸς οὐδὲ μιῆς ἐδρακόμην θάνατον·
Ἀλλ' ἑκατὸν καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτούς,
  σκίπωνι τρομερὰν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα.

3 Vergil. A V 46 annuus exactis completur mensibus orbis.

XXXV uid. Ausonii epit. XXX (54)

3 Iuuenal. III 100 sq. maiore cachinno Concutitur

---

5 quocunque *A* 6 quamtula *V* | cunque *A* 7 summo *VA*

XXXIIII Ephitaphium *A*[1] 3 mēsibus *V* messibus *A* 4 In tremula *V corr. A* intremulam *Lugdun.*

XXXV effigiae *A*[1] *u. 1 et 2 Ausonii sunt epit. XXX; V titulum et u. 3—8 Vgoletus fecit* 3 procul solito: maiore *V*

Concussus dixit: 'Quid tibi diuitiae
Nunc prosunt, regum rex o ditissime, cum sis
Sicut ego solus, me quoque pauperior?
Nam quaecumque habui, mecum fero: cum nihil ipse
Ex tantis tecum, Croese, feras opibus.

XXXVI [LXXXIIII] IN SALTATOREM INEPTVM.

[Deceptae felix casus se miscuit arti:
Histrio, saltauit qui Capanea, ruit.]
Idem qui Nioben saltauit saxeus, ut tum
Spectator ueram crediderit Nioben,
In Canace uisus multo felicior ipsa,
Quod non hic gladio uiscera dissecuit.

---

7 Anthol. Pal. VIIII 145, 5 sq.: ὅσσα γὰρ εἶχον πάντα φέρω σὺν ἐμοί· Κροῖσε σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.
XXXVI Anthol. Pal. XI 254 uid. ad Auson. epigr. XVIII (84)

---

7 quaecunque *A*
XXXVI *u. 1 et 2 Ausonii sunt epigr. XVIII, uu. 3—6 cum titulo ipse Vgoletus suppleuit* 1 foelix *V*[2] *A*[1] saltabat *A*[2] 3 qui] *an* quin? 4 spectatur *V corr. A* | niobem *VA*[1] *corr. A*[2] 5 foelicior *A*[1]

I.

AVCTORES ET IMITATORES.

Certissimos rerum fontes atque testimonia aliquot memoratu digna ipsis Ausonii uerbis subscripsimus. hic collegimus parum certa uel communia eosque auctorum locos quos exornandi sermonis gratia poeta siue studio siue sponte transtulit. adiunximus etiam quae supra omissa uel iusto breuius indicata sunt. nota ℭ ipsius Ausonii locos similes significaui.

I. PRAEFATIVNCVLAE.

I [470] 5 ℭ Par. 2, 2 Tarbellae matris patris et Haeduici.
11 ℭ Par. 4, 3 Arborium Haeduico ductum de stemmate nomen.
ℭ Prof. 24, 3 stemmate nobilium deductum nomen auorum.
13 Paulinus Pell. carm. euch.: 113 sed redeo ad seriem.
20 ℭ Prof. 15, 12. 20, 7.
21 ℭ Vrb. 115 paganaque nomina Belcas.
35 ℭ Epiced. 41 sq. summum columen . . honorum praefectus Gallis et Libyae et Latio.
37 ℭ Grat. Act. 13 et 58. ℭ Precatio consulis designati 2 consulis Ausonii Latiam uisure curulem.
ℭ Ep. XXVIIII 60 trabeam Pauline tuam Latiamque curulem.
39 ℭ Epiced. 1 nomen ego Ausonius.
IIII [469], 1 Vergil. G. I 96 flaua Ceres.
5 Horat. S. II 2, 17 atrum . . . hiemat mare.
8 Vergil. A. I 177 iussa capessere.
10 ℭ Cento praef. (p. 206) 11: potentissimum imperandi genus est, cum is roget qui iubere potest.
22 Plin. N. H. praef. 4 hunc igitur tibi inputabis et in nostra culpa tibi ignosces. 22 ℭ Ludus 14 palmas non culpas esse putabo meas.
19 sq. Martial. I 3, 9 sed tu ne totiens domini patiare lituras neue notet lusus tristis harundo tuos, aetherias, lasciue, cupis uolitare per auras.
21 Vergil. A. VIIII 447 pater Romane VI 851 tu regere imperio populos, Romane, memento.

II. EPHEMERIS:

(immo ἐφημερία i. ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία, Hesychius ex LXX)

1 Pers. III 1 sq. iam clarum mane fenestras . . . intrat, . . . stertimus indomitum.

3 Horat. c. I 25, 7 sq. noctes, Lydia, dormis.

5 Martial. XIII 59, 1 tota mihi dormitur hiems et pinguior illo tempore sum, quo me nil nihil somnus alit. cf. Plin. n. h. VIII 223.

7 Plaut. Most. I 1, 62 (65) 'saginam caedite. Symmach. I 7, 2 caedundae saginae cura. Ammian. XXII 12, 6 caedendis conuiuiis.

10 Horat. c. I 24, 5 perpetuus sopor urguet.

17 sqq. Horat. c. III 11, 38 surge . . . surge, ne longus tibi somnus, unde non times, detur.

24 Horat. c. I 16, 24 in celeres iambos agit furentem. Ars 79 Archilochum proprio rabies armauit iambo.

II. PARECBASIS: Quintilian. I. O. IIII 3, 12—14: παρέκβασιν uocant Graeci, latini egressum uel egressionem etc. (sic infra IIII ante u. 86) ☾ Cento inter uu. 100 et 101.

35 Tibull. I 7, 53 tibi dem turis honores, libem et Mopsopio dulcia mella fauo. Ouid. F. III 735. 761.

37 Horat. c. I 19, 13 uiuum . . . caespitem.

47 Paulinus c. 4, 1 omnipotens genitor rerum. Sedul. I 60 omnipotens aeterne deus. Tiberiani oratio 1 omnipotens annosa poli quem suscipit aetas.

49 Laus Christi (Claudian. epigr. 48) 1 proles uera dei cunctisque antiquior annis.
☾ Grat. Act. 80 principio antiquior, fine diuturnior.

51 Paulini c. 33, 16 quae nec mens humana capit nec lingua profari. Prudent. Perist. X 928 Christum loquenti lingua numquam defuit. Tiberianus 3 nec numero quisquam poterit pensare nec aeuo.

54 ☾ Grat. Act. 80 opifex et causa mundi.

55 Eu. Johann. 1, 1 ☾ Paschal. 16 tu uerbum, pater alme, tuum natumque deumque.

58 C. de rosis 45 rutilus . . Eous.

59 Eu. Johann. 1, 3.

60 Is. 66, 1 caelum sedes mea est, terra autem scabellum pedum meorum (Matth. 5, 34. Act. 7, 49) Psalm. 102, 19 in caelo parauit dominus sedem suam.

62 ☾ Paschal. 21 ut spiritus . . pigra inmortali uegetaret membra lauacro.

63 Grat. Act. 80 aeterne omnium genitor ipse non genite.

64 Paul. ad Rom. 9, 9 sqq.

65 Paul. ad Rom. 11, 17 sq.

66 sqq. Eu. Iohann. 14, 9.

67 Paul. ad Corinth. I 15, 3.

73 ℭ Paschal. 1 salutiferi . . . Christi.

77 Paulini Pellaei Eucharist. 602 da precor intrepidam contra omnia tristia mentem.

80 ℭ Paschal. 14 sq. deceptum miseratus Adam, quem capta uenenis inplicuit socium blandis erroribus Aeuua.

81 ℭ Paschal. 12 sacrosque prophetas

84 uia lactea: Ovid. M. I 69. ℭ Paschal. 7 plaga lactea caeli. IIII EGRESSIO: uid. ad 25.

88 Elias: Reg. IIII; Henoch: Gen. 5, 24 Ecclesiastic. 14, 16 Hebr. 11, 5; — Sedul. I 179. 181 aurea flammigeris euectus in astra quadrigis . . . sidereum penetrauit iter.

90 Augustin. de ciu. dei II 29 illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus, sed deus unus et uerus.

94 Gen. 1, 2 ℭ Paschal. 20 ut super aequoreas nabat qui spiritus undas.

95 da ueniam: Martial. XII 60, 5; II 90, 4 Spect. 32, 1 al.

103 Vergil. A. VI 743 quisque suos patimur manes.

104 Tiberianus 28 da, pater, angustas ut possim noscere causas.

105 sqq. Horat. Ep. I 16, 35 qui cupiet, metuet quoque. uid. Paulini c. 4, 8 sqq.

110 sq. Paulin. c. 4, 6 sq. mihi male uelle facultas nulla sit ac bene posse adsit tranquilla potestas.

118 Tibull. I 1, 59 suprema mihi cum uenerit hora.

119 Martial. X 47, 13 summum nec metuas diem nec optes.

122 ℭ Prof. 26, 13 iudicis . . . dei.

124 ℭ Paschal. 15 blandis erroribus.

126 ℭ Paschal. 31 Christe, apud aeternum placabilis adsere patrem.

127 Sedul. I 313 sqq. at dominus uerbum . . . de lumine lumen, de solo solus . . . in genitore manens etc.

128 Symbolum apostolicum: φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. ℭ Paschal. 18 ex uero uerum.

130 Paulin. c. 6, 22 sqq. 24 consona caelesti plangens modulamina plectro; c. 17, 113 sqq. Alcimus Auitus V 717 consona quo celebrat persultans turba tropaeum.

131 Rutilius I 629 responsuros persultat bucina colles.

145 ℭ Ep. 25, 19 nihil moreris iamque dum loquor redi.

146 Iul. Capitolini Verus 5, 1 cum sit notissimum dictum de numero conuiuarum: septem conuiuium, nouem uero conuicium. cf. Varro ap. Gellium VIII 11, 1 sq. (Varronis Men. rell. 333—340 B).

149 Sidon. c. XXIII 459 hinc nos ad propriam domum uocabas, cum mane exierat nouum et calescens horam sol dabat alteram secundam.

150 Pers. III 4 quinta dum linea tangitur umbra.
Sidon. Ep. II 9 med.: ecce et ab archimagiro aduentans, qui tempus instare curandi corpora moneret: quem quidem nuntium per spatia clepsydrae horarum incrementa seruantem probabat conpetenter ingressum quinta digrediens.
164 ☾ Grat. Act. 19 instar profundae grandinis.
169 Titinnius ap. Charis. I p. 55, 5 K.: uelim ego osse arare campum cereum.
173 cf. Hieronymus ep. ad Iulianum: et tamen ille adposito notario cogebat loqui, quae uelociter edita uelox consequeretur manus et linguae celeritatem prenderent signa uerborum.
185 Martialis XIIII 208 currant uerba licet, manus est uelocior illis; nondum lingua, suum dextra peregit opus.
(Prudent. Perist. VIIII 23 sq. uerba notis breuibus conprendere cuncta peritus raptimque punctis dicta praepetibus sequi.) (Sueton. Tit. 3 e pluribus conperi notis quoque excipere uelocissime solitum.)
Manil. IIII 197 hinc et scriptor erit uelox, cui littera uerbum est quique notis linguam superet cursimque loquentis excipiat longas noua per compendia uoces.
194 sqq. cf. Lucret. IIII 959 sqq.
201 cf. Hieronymus Apol. I adu. Rufinum (uid. Toll. p. 781).
213 Vergil. G. II 506 Sarrano dormiat ostro.
214 ☾ Mos. 124 famosis olido nidore popinis.
215 Vergil. A. VI 283 sq. ulmus opaca ingens, quam sedem somnia uolgo uana tenere ferunt foliisque sub omnibus haerent.
217 sq. Vergil. A. VI 893 sq. sunt geminae Somni portae; quarum altera fertur cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris, altera candenti perfecta nitens elephanto, sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes.
☾ Cupido 103 porta — eburna.
235 Catulli Priap. 1 hunc lucum tibi dedico.

III. DOMESTICA.

I [320] de herediolo.

1 Vergil. E. I 69 mea regna uidens. ☾ Ep. XXVII 116 ueteris Paulini regna.
11 Horat. Ep. I 1, 18 et mihi res, non me rebus subiungere conor.
12 ☾ cf. epit. 30 (54).
13 Horat. S. II 3, 100 Aristippus qui seruos proicere aurum in media iussit Libya.
15 Horat. Ep. I 16, 65 qui cupiet, metuet quoque.

17 (Horat. Ep. I 16, 1 sqq.)
20 ℭ Griph. pr. 61 cui nihil neque non lectum est neque non intellectum. Varro Men. 335 B. si tempus lectum, si apparatus non neglectus.
25 (Horat. Ep. I 16, 12 sq.)
Iuuenal. III 226 hortulus hic puteusque breuis.
26 Paulin. Euchar. 45 sq. refluas . . . undas nauigeram per portam.
29 cf. Martial. VI 43, 9 sq.
31 sq. Terent. Eun. V 5, 1 (971) sqq. ex meo propinquo rure hoc capio commodi: neque urbis odium me umquam percipit. ubi satias coepit fieri, commuto locum.

II [317] Versus paschales.

cf. Sedulii „paschale carmen" et „paschale opus"; incerti „carmen paschale" quod inter Claudianea legitur, non sic sed „de Saluatore" inscribitur in codicibus.

1 Sedul. I 26 Clara salutiferi taceam miracula Christi (cf. Paulinus c. 23, 44 (de S. Felice Nat. VII): Clara salutiferis edens miracula signis.)
ℭ Ephem. 73 nate patris summi nostroque salutifer aeuo.
7 ℭ Ephem. 84.
12 ℭ Ephem. 81.
14 sq. ℭ Ephem. 79 sq.
15 Genesis 3.
15 ℭ Ephem. 124.
16 ℭ Ephem. 55.
20 ℭ Ephem. 94.
Genes. 1, 2 et spiritus dei ferebatur super aquas.
21 ℭ Ephem. 62.
25 Claudiani quod fertur carmen paschale 20 sq. Augustum foueas, festis ut saepe diebus annua sinceri celebret ieiunia sacri.
31 ℭ Ephem. 126.

III Oratio uersibus rhopalicis.

uid. Diomedes p. 499, 15 (fistulares), Seruii centim. 467, 15, Marius Plotius Sacerdos 505, 27 („latinum non repperi"). legebatur olim apud Diomedem Homeri Il. VII 1 *ὣς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ*; nunc apud Diomedem et Marium est Il. III 182: *ω μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον.*

IIII [318] Epicedion in patrem.

cf. Stat. S. V. 3 epicedion in patrem suum.

praef. 11: Incerti Aulularia p. 11, 18 P. tantum est enim tacere uerum, quantum est falsum dicere.
morte obita: Lucret. I 135. Cicero pro Sest. 20 etc. Vergil. A. X 641. ℭ Prof. pr. 4. 24, 14 al.

1 ◖ Praef. I [470] 39 hic ergo Ausonius. Vergil. A. III 614 nomen Achaemenides.

9 inpromptus: Liu. VII 4 ex. quia infacundior sit et lingua impromptus. (Sueton. Tit. 3 Latine Graeceque promptus et facilis. Spartiani Hadrian. 15, 10 oratione et uersu promtissimus.)

17 Schol. Iuuenal. I 95 moris erat apud antiquos, ne quis adderet possessionibus suis aut ex illis minueret. cf. Horat. S. II 6, 6 sq.

18 Incertus poeta: quibus indiciis, quo teste periuit (Scaliger lect. Aus. 1, 20).

23 Horat. C. IIII 9, 45 non possidentem multa uocaueris recte beatum.

32 Horat. C. II 1, 4 grauesque principum amicitias Anthol. 407 Ries. (Senecae?), 1 uiue et amicitias regum fuge etc.

33 cf. Horat. Ars 267 uitaui denique culpam, non laudem merui.

34 Horat. C. III 24, 35 quid leges sine moribus uanae proficiunt?

41 ◖ Praef. 470, 35 sq.

V [332] Precatio consulis designati.

2 ◖ Praef. 470, 37. ◖ Ep. XXVIIII 60. ◖ Prec. Kl. Ian. 4 consulis Ausonii.

7 ◖ Prec. Kl. Ian. 10 anne bonis coepte auspiciis.

8 Vergil. G. I 100 umida solstitia atque hiemes orate serenas, agricolae.

9 Horat. Ep. I 16, 16 Septembribus horis.

12 Vergil. G. I 230 ad medias sementem extende pruinas.

15 Martial. X 62, 7 tostamque feruens Iulius coquit messem.

19 Vergil. G. I 302 genialis hiems.

36 ◖ ep. 26, 8 Chunos . . . Sauromatas.

37 Paulin. c. XXV (Mign. tom. LXI p. 639), 22 sq. hunc ego si Geticis agerem male subditus armis, inter et inmites celebrarem laetus Alanos.

38 praepetibus: ◖ ep. 26, 2 praepes Victoria.

41 ◖ Protrept. 85 absistat Nemesis, ferat et fortuna iocantem.

51 Vergil. A. I 94 terque quaterque beati.

52 Horat. C. I 1, 36 sublimi feriam sidera uertice.

VI [333] Precatio Kl. Jan.

1 sq. ◖ supra 10: anne bonis coepte auspiciis.

2 ◖ supra 4: consulis Ausonii.

5 Vergil. A. VII 180 Ianique bifrontis.

IIII. PARENTALIA.

praef. in prosa [158] 2 ◖ Mos. 394 materiae commendet honos.
praef. [159] 4 Ouid. F. II 535 parua petunt manes; pietas pro

diuite grata est munere. C Par. 21, 8 peruenit ad manes exequialis honor. C Par. 25, 8 mutauitque torum feretri uice exequialis honor.

6 Vergil. A. v. 53 sq. annua uota tamen sollemnisque ordine pompas exequerer.

8 C Ecl. 11 [377] 15 Augustus sequitur cognatum a Caesare nomen, ordine sic anni proximus ut generis.

10 Vergil. A. III 67 magna supremum uoce ciemus.

10 C Prof. 25, 5 nomina tantum uoce ciere suis sufficiet tumulis.

14 Vergil. A. VI 507 magna manes ter uoce uocaui.

Par. I [160] 12 C Par. 8, 6 facundo quamuis maior ab ingenio.

17 Velleius I 5 (de Homero): quod neque ante illum quem imitaretur neque post illum qui eum imitari posset inuentus est.

— II [161] 3 sq. C Par. 16, 3 sq. si forma et fama fidesque morigerae uxoris lanificaeque manus.

4 Tibull. II 1, 10 lanificam . . . manum.

5 Sedulius I 267 coniugiique fidem, famulos censumque gubernent.

6 serietas: cf. Sidon. Ep. I 9, 1 VIIII 13, 5 C. XXIII 440.

— III [162] 2 C Vrb. 3 quia tertia dici fastidit.

10 Ouid A. A. I 428 ingenuas didicisse iuuet . . . artes.

11 Martial. VIIII 99, 3 Marcus Palladiae non infitianda Tolosae gloria. C Prof. 17, 7 Palladiae . . . toga . . . Tolosae.

22 Stat. Th. XI 619 praereptaque uerba dictauit fatis.

— IIII [163] 6 C Vrb. 75 Alpinis opulenta Vienna colonis. C Ep. XXVII 81 Alpina tecta Viennae.

17 Vergil. A. IIII 519 (Manil. I 1): et conscia fati sidera.

19 Sidon. Ep. V 11, 3 formulam uitae.

25 C Par. 9, 8 perque nouem caelebs te fleo Olympiadas.

29 Stat. S. V 3, 25 Lethaei secreto in gramine campi concilia heroum iuxta manesque beatos.

31 Sidon. Apoll. XXIII 2, 94 praefectus consul et idem.

— V [164] 6 Ouid. ex Pont. II 5, 38 et non calcata candidiora niue.

9 Vergil. G. III 187 ab ubere matris.

11 C Prof. 11, 6 quietis manibus. C Prof. 3, 13 tranquillos . . . manes.

— VI [165] 8 C Par. 26, 3 innuba deuotae quae uirginitatis amorem . . . coluit.

— VII [166] 2 C infra 18, 8 Rutupinus ager.

5 Stat. S. III 5, 23 florentibus annis.

11 C Prof. 15, 5 tam seriorum quam iocorum particeps.

— VIII [167] 6 C Par. 1, 12 quamquam et facundo non rudis ingenio.

11 Horat. Ep. II 3, 115 florente iuuenta.

Par. VIII I[168] 3 Quintilian. I. O. VI pr. 5 insanabilem attulit marito dolorem. 6 maximos cruciatus. 10 tanti fulminis.

7 Vergil. A. IIII 17 postquam primus amor deceptam morte fefellit.

9 Vergil. A. X 64 obductum . . . dolorem.

12 cf. Horat. C. II 9, 10 sqq. Ouid. Tr. IIII 6, 17 sq. Lucret. III 905 aeternumque nulla dies nobis maerorem e pectore demet.

15 Stat. S. II 1, 67 muta domus stat.

24 Vergil. A. X 507 o dolor atque decus magnum rediture parenti ℂ Prof. 24, 11 tam decus omne tuis quam mox dolor.

25 Horat. Ep. I 20, 27 me quater undenos sciat inpleuisse Decembres.

— X [169] 3 ℂ Protr. 68: gremioque fouens et murmura soluens.

— XI [170] 3 ℂ Protrept. 37 senium . . . uel re uel spe mihi porge fruendum. ℂ Prof. 11, 2 spem magis quam rem fruendam. Ciceronis et Augustini locos coll. Toll. p. 171.

14 cf. Schol. Ouid. Ib. 302 E.

— XII [171] 5 Vergil. VIII 409 sqq. cui tolerare colo uitam .. inpositum ... castum ut seruare cubile coniugis ... possit.

8 Eu. Ioh. 17, 3 haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum deum uerum.

Ep. Ioh. I 5, 20 ut cognoscamus uerum deum.

— XIII [172] 9 sq. ℂ Prof. 6, 45 pubere in aeuo deseruisti uota tuorum.

XXII (91) 1 ◖ ep. 56, 1 hanc uolo quae non uult, illam quae uult, ego nolo. Ouid. Am. II 19 (36 quod sequitur, fugio; quod fugit ipse sequor. Martial. V 83 ◖ ep. 39.
5 sq. Martial. VI 11, 8 uis te purpureum, Marce, sagatus amem? ut praestem Pyladen, aliquis mihi praestet Oresten. hoc non fit uerbis, Marce: ut ameris, ama.

XXIII (92) 6 Terent. Heaut. 322 sq. uis amare, uis potiri, uis quod des illi effici; tuom esse in potiundo periclum non uis: haud stulte sapis, siquidem id superest, uelle te id quod non potest contingere.

XXIIII (72) Achillas: Martial. III 91, 3. VII 57, 1.
8 Ouid. F. V 42 uertit in auctores pondera uasta suos.
Alberti Stadensis Troilus IIII 322 discat in auctorem poena redire suum.

XXVI (1) 2 Gell. VII 6, 5 (Cn. Matius) in secundo Iliadis Victoriam uolucrem praepetem appellauit in hoc uersu: Dum dat uincendi praepes Victoria palmam.

☾ Prec. cons. des. 38 praepetibus Victoria alis.

7 Vergil. A. III 35 Gradiuomque patrem, Geticis qui praesidet aruis.

8 ☾ Precat. cons. des. 36 qua uaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chuni.

13 Vergil. E. 6, 8 meditabor harundine musam.

14 Vergil. A. prooem. 4 horrentia Martis.

XXVII (2) 1 Vergil. A. IIII 31 lato uenabula ferro.

XXVIII (3) 1 Ennod. c. I 5, 27 de Pado: regnator Ligurum fluuiorum maximus ille.

3 ☾ Mos. 450.

XXXI (4) 1 Plaut. Asin. 1, 1, 28 usque ex penitis faucibus.

1 Tibull. I 7, 24 de Nilo: aut quibus in terris occuluisse caput. ☾ ep. 28, 2 Danuuius laetum profero fonte caput. cf. ☾ Mos. 424 fontem .. ignotum .. Histri.

4 Vergil. A. IIII 229 grauidam imperiis belloque frementem Italiam.

8 Claudian. de III cons. Hon. 206 sq. ite per ardentem Libyam . . . et arcanos Nili deprendite fontes.

XXXIII (12) 4 cf. Seneca de breu. uitae 10, 6.

5 Liu. XXV 28, 18 si in occasionis momento, cuius praeteruolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequiquam mox amissam quaeras.

7 Phaedrus 5, 8 cursu uolueri pendens in nouacula, caluus comosa fronte, nudo corpore . . quem si occuparis, teneas, elapsum semel non ipse possit Iuppiter reprehendere . . occasionem rerum significat breuem. effectus impediret ne segnis mora, finxere antiqui talem effigiem Temporis.

Cato dist. II 26 fronte capillata, post est occasio calua.

12 Metanoea: aliter eam Apelles fecit, cf. Lucian. calumn. non tem. cred. c. 5, de merc. cond. c. 42.

XXXIIII (13) cf. Horat. c. IIII 10.

Martial. IIII 38 Galla, nega: satiatur amor, nisi gaudia torquent; sed noli nimium, Galla, negare diu.

(Ennod. c. II 97, 4 marcida cur iuueni sociaris, Galla, marito?)

2 Appulei. apol. 9 tuum uer.

Ouid. F. V 353 et monet aetatis specie, dum floreat, uti.

3 Iuuenal. VIIII 129 obrepit non intellecta senectus.

5 Terent. Hec. I 1, 17 (74 sq.) cur non aut istaec mihi aetas et forma est aut tibi haec sententia.

Horat. c. IIII 10, 6 dices heu! quotiens te speculo uideris alterum: quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit, uel cur his animis incolumes non redeunt genae?"

Tibull. I 1, 69 interea, dum fata sinunt, iungamus amores: . . iam subrepet iners aetas . . .

Anthol. Pal. V 12, 3 sq. *βαιὸς ὁ χαιρόντων ἐστὶν βιός· εἶτα τὰ λοιπὰ γῆρας κωλύσει καὶ τὸ τέλος θάνατος.* cf. V 66, 103.

XXXV (14) Plin. n. h. VIII 81 leporem omnium praedae nascentem. Cicero Arat. 121.

XL (19) Anthol. lat. 699 R. (Petronii): sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce, quae te prima meo pectore conposuit etqs.
cf. Anthol. Pal. V 103 (*Ῥουφίνου*).
5 Martial. IIII 13, 9 sq.
6 Vergil. A. VI 30.

XLI (20) 4 Rutil. I 309 nominibus certos credam decurrere mores? moribus an potius nomina certa dari?
cf. ☾ Grat. Act. 38. ☾ Ep. XII 44 sqq.
7 Vergil. A. XII 391 Phoebo ante alios dilectus Iapyx Iasides.
9 Propert. V 6, 78 Cepheam hic Meroen fuscaque regna canat.
10 Lucan. X 163 indomitum Meroe cogens spumare Falernum.
12 Fulgent. expos. serm. antiq. p. 568: Rabirius in satira: abstemium merulenta fugit Methenia (Methymnia? cf. Propert. V 8, 38) nomen.

XLII (21) ☾ Ep. XXVII 57 sqq.

XLV (26) cf. Augustin. de ciu. dei II 18.

XLVI (27) cf. Lucian. Sympos. s. Lapith. 16. Appul. de mag. c. 22.

XLVIIII (29) 2 Anthol. Pal. VII 670: *ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος . . . ἕσπερος ἐν φθιμένοις.*
Plan. IIII 4, 12 v. 6 (Bosch.): *καὶ ζωοῖς ἔσομαι καὶ φθιμένοισι βαρύς.*

LII (33) 1 Ponticon (Anthol. lat. Ries. 720) 3 Venus alma . . quae semine caeli parturiente salo . . . nasceris. cf. Seru. ad A. I 297 (ex Cic. de deor. nat. III 56).
☾ Technop. 76.
1 ☾ Ep. XXVI 30 soli et sali commercio.
2 Lucret. I 1 Aeneadum genetrix.

LIIII (36) 1 Anthol. lat. 705 R. Tyrii subtemine fuci.

LVI (39) Martial. VIIII 32, 1—4 hanc uolo quae facilis et q. s. Petron. c. 15 (p. 16 B.) Nolo, quod cupio, statim tenere nec uictoria mi placet parata.
Martial. I 57 nolo nimis facilem difficilemque nimis. illud quod medium est atque inter utrumque probamus: nec uolo quod cruciat, nec uolo quod satiat. Claudian. Fescenn. 110. Anthol. lat. 453 Ries. ☾ ep. 91.

LVII (40) Chrestos: Martial. VIIII 27.

LVIII (41) 2 ☾ Ep. XVII 4 unum nomen utrique sed est discrimen utrique. „non absimile est ioco Philippi Macedonis. duo

fratres erant in eius satellitio, quorum alter Ἀμφότερος uocabatur, segnis et nullius pretii, alter Ἑκάτερος, homo strenuus et uigilax. itaque dicebat Ἑκάτερον esse ἀμφότερον, Ἀμφότερον autem οὐδέτερον." Scaliger ex Plutarch. apophthegm. regum u. Φιλίππος 10, Apostol. 12, 72.

LXII (250 Epit. 33) 1 Stat. S. IIII 1, 1 laeta bis octonis accedit purpura fastis Caesaris.

2 ℭ Par. 23, 16 nondum purpureas cinctus ephebe genas.

4 Martial. VI 28, 4 hoc sub marmore Glaucias humatus (de eodem Glaucia Statius S. II 1).

2 Stat. II 1, 53 o ubi uenturae spes non longinqua iuuentae atque genis optatus honos iurataque multum barba tibi?

LXV (55) 1 cf. Inscr. ap. Orell. 1279: Ioui Iunoni. Miner. Antonia. M. Lib. Aphrodisia. scyphos. H. Venereum. speculum. donum. dedit.

3 cf. Claudian. in Eutrop. I 90—94 haud aliter iuuenum flammis Ephyreia Lais et gemino ditata mari, cum serta refudit canities, iam turba procax noctisque recedit ambitus et raro pulsatur ianua tactu seque reformidat speculo damnante senectus . . .

LXVIII (58) 4 Martial. VI 38, 8 sic uitulus molli proelia fronte cupit.

LXXVI (69) 12 cf. Gell. VIIII 4, 15.

cf. Liu. 27, 11, 5 ambiguam inter marem et feminam sexu infantem, quos androgynos uolgo appellant.

LXXVII (70) 1 Euphorbi: Horat. c. I 28, 10 habentque Tartara Panthoiden.

LXXVIII (120) 1 Martial. II 61, 2 lambebat medios inproba lingua uiros.

LXXVIIII (71) 1 Stat. Th. III 300 Sidonii genialia foedera Cadmi.

1 coetus: ℭ Ephem. 204.

2 Horat. Ep. I 1, 85 uitiosa libido.

3 cf. Martial. II 84, 1 mollis erat facilisque uiris Poeantius heros: uulnera sic Paridis dicitur ulta Venus.

4 Vergil. A. IIII 471 scaenis agitatus Orestes.

Quintilian. inst. X 100 togatis excellit Afranius; utinam non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus mores suos fassus.

5 cf. Caelii aenigma ap. Quintilian. I. O. VIII 6, 53: in triclinio Coam, in cubiculo Nolam.

8 Vergil. A. IIII 415 ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

LXXX (73) 3 Alcon: Martial. XI 84, 5. VI 70, 6.

5 cf. Martial. VI 53, 3 tam subitae mortis causam,

Faustine, requiris? in somnis medicum uiderat Hermocratem.

LXXXIIII (125) 2 Martial. II 12, 5 Postume, non bene olet, qui bene semper olet.

LXXXV (126) cf. Priap. 67 et 7 Büch.

LXXXVII (128) 1 Syriscus: Terent. Eun. 772. 775. Ad. 763. Martial. V 70, 2.

6 Stat. S. V 3, 101 qua fandi uis lata patet (alia exempla coll. Markland ad Statii Siluas p. 296b).

LXXXVIII (77) 4 Tibull. IIII 13, 5 atque utinam posses uni mihi bella uideri, displiceas aliis.

XCI (80) 1 Tibull. IIII 5, 13 sqq. nec tu sis iniusta, Venus, uel seruiat aeque uinctus uterque tibi, uel mea uincla leua.

XCII (89) 1 Ouid. Ars III 3 alma Dione.

2 Iulia . . . Scantinia: cf. Iuuenal. II 37 sqq. Prudent. Perist. X 202 sqq.

XCIII (131) 1 Martial. III 74, 1 psilothro faciem leuas et dropace caluam X 65, 8 leuis dropace tu quotidiano.

3 Pers. IIII 39 licet haec plantaria uellant elixasque nates labefactent forcipe adunca.

XCIIII (90) Zoilus: Martial. IIII 77, 5.

4 Horat. S. I 4, 114 deprensi non bella est fama Treboni.

XCV (93) 1 Horat. c. I 10, 3 catus et decorae more palaestrae.

XCVII (95) 4 ℭ Cupid. 83 ancipites furias.

XCVIIII (97) 2 Ouid. M. III 466 (de Echo) quod cupio mecum est; inopem me copia fecit.

C (98) Ouid. M. III 463 iste ego sum, sensi, nec me mea fallit imago! uror amore mei, flammas moueoque feroque.

CI (99) 1 Ouid. M. III 358 resonabilis Echo.

3 Ouid. M. VIII 883 resecuta rogantem.

ℭ Ep. XXVIIII 68 Echo resecuta querellas.

CII (100) cf. Ouid. M. IIII 384 nato . . amborum nomen habenti.

CIII (102) 1 Iuuenal. VI 172 parce precor, Paean, et tu, dea, pone sagittas.

CVI (108) 9 Martial. XI 99, 5 gemina symplegade culi.

XX. [419] GRATIARVM ACTIO.

§ 1 Claudiani Mamerti gr. act. Iul. d. 32: absit Auguste et istud sancta diuinitas omen auertat, ut tu a quoquam mortalium expectes uicem beneficii! uerum tamen quod solum uel accipere potest ista fortuna . . .

2 Appulei Florid. III in. quod genus in tragoedia fieri amat.

3 Plin. paneg. 14 non securitatem . . . oramus . . . simplex . . . uotum est salus principis.

4 Cicero Catil. IIII 2 ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum, in quo omnis aequitas continetur, non campus consularibus auspiciis consecratus, non curia summum auxilium omnium gentium, non domus commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique haec sedes honoris umquam uacua mortis periculo atque insidiis fuit.
4 abolitor: Tertullian. Lab. mul. 3 omnium rerum abolitorem.
5 Arat. Phaen. 2 μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί.
9 Florus I pr. 3: faciam quod solent qui terrarum situs pingunt: in breui quasi tabella totam eius imaginem amplectar. (similiter Hieronymus ad Euagr. et in epitaphio Nepotiani.)
13 consul ego: Claudian. Mam. gr. act. Iul. d. 19.
15 assiduitate: Q. Cicero de petit. cons. 43: sed tamen hic fructus est assiduitatis, non solum esse Romae atque in foro, sed adsidue petere.
19 Homerici: ☾ Ep. XII 10 sqq.
☾ Ephem. 164 instar densae grandinis.
☾ Prof. 21, 16 sqq.
Laconica breuitate: Symmach. ad Auson. I 14 in. (supra p. 141, 3) Laconicae malo studere breuitati.
☾ cf. Lud. 137 ☾ Ep. XXVI 36.
20 cf. Sidon. Ep. V 9, 1 in Constantino inconstantiam, in Iouino facilitatem, in Gerontio perfidiam, singula in singulis, omnia in Dardano crimina simul execrarentur.
31 Iuuenal. X 16 magnos Senecae praediuitis hortos.
31 Quintilianus: cf. Iuuenal. VII 197 si fortuna uolet, fies de rhetore consul.
33 praefero Gratianum: Sidon. Apoll. c. IIII 17 res minor ingenio nobis, sed Caesare maior; uincant eloquio, dum modo nos domino.
34 Vergil. A. VIII 724 discinctos Afros (Sil. II 56 discincti Libyes).
36 patrimonia: Ammian. XXVII 11, 1 Probus . . . opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem uniuersum paene patrimonia sparsa possedit.
38 Plin. paneg. 88 pietate Metelli monstrabatur. cf. Cic. de orat. II (40) 167.
felicior: Plin. ep. V 18, 1 homo felicior antequam felicissimus fieret. (cf. Plin. n. h. VII 137 Sallust. Iug. 95, 4)
50 unde de plano legi possint: cf. Vlpianus ap. Iustinian. de institoria actione tit. 3 leg. 2: unde de plano recte legi possit. Tabula aerea quam laudat Vinetus: ubei de plano recte legi possitur. Seneca n. q. I 4, 1 alias probationes quae de plano legi possunt.

53 Sidon. Apoll. Ep. VIII 6, 6 palmatam plus picta oratione, plus aurea conuenustauit.
57 Cicero diuin. in Q. Caecil. (11) 36 intellego quam scopuloso difficilique in loco uerser.
62 cogunt uolentem: cf. prouerb. „currentem monere“.
63 reus uoti: cf. Seruius ad Vergil. A. V 237.
65 Sil. Il. I 215 Numidae gens inscia freni.
72 celebre fuit quia: cf. Vulcac. Gallic. Auidius Cassius 2, 6 eius (Hadriani) autem exemplum ponere malui quam Domitiani, qui hoc primus dixisse fertur. tyrannorum enim bona dicta non habent tantum auctoritatis quantum debent. Plin. Ep. V 3, 6. VI 24, 1. Gell. XVIII 3.
73 ardere iussisti: cf. cod. Theodos. XI 28, 2 (a. 395): chartas superfluae descriptionis cremari censemus.
75 cf. Spartian. Antonin. Caracall. 9, 2 nomen Antoninorum . . . omnium pectora uelut Augusti nomen obsederat. Lamprid. Antonin. Diadum. 6, 1 ut fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum.
76 Traianus: Plin. paneg. 13 med.: quid cum solacium fessis, aegris opem ferres . . .
77 egestatem tolerare: Plaut. Trin. 338. 358. 371. Rud. 918.
79 concludam: Plin. paneg. 94 in fine orationis praesides custodesque imperii deos ego consul pro rebus humanis . . . precor.
80 C Ephem. 49 principio extremoque carens, antiquior aeuo. 54 ipse opifex rerum, rebus causa ipsa creandis.
81 Iuuenal. X 174 et quidquid Graecia mendax audet in historia.
81 Pegasus: Apostol. 14, 28 *Πηγάσου ταχύτερος*.
Inc. panegyr. Constant. d. (VII) 8 quis enim te Cyllarus aut Arion posset eripere.
82 totum quam longum est: C Perioch. Il. XVIIII tota nocte quam longa est. C Ep. XXVIIII 117 toto quam longa Hispania tractu.
82 Vergil. A. IIII 174 fama, malum qua non aliud uelocius ullum.

XXII v SVLPICIA.

1 Vergil. A. 1, 1 arma uirosque.
1 sq. Horat. S. I 5, 51 sqq. nunc mihi paucis . . . Musa uelim memores.
12 Stat. Th. III 556 quid bonus ille deum genitor . . . cogitet?
12 Claudian. de laude Serenae 1 dic mea Calliope.
13 Claudian. de VI cons. Honorii 150 an iura perosus ad priscos pecudum damnaret saecula ritus?

15 Ouid. M. XV 150 palantesque homines passim ac rationis egentes.

16 sq. Horat. S. I 3, 99 sq. cum prorepserunt primis animalia terris mutum et turpe pecus glandem atque cubilia propter . . . pugnabant.

20 sq. Vergil. E. I 24 uerum haec (Roma) tantum alias inter caput extulit urbes.

23 Vergil. A. I 557 at freta Sicaniae.
I 298. IIII 347 Karthaginis arces.

25 Tibull. I 4, 31 sq. cum iacet, infirmae uenere ubi fata senectae, qui prior Eleo est carcere missus equus.
Ennius ap. Cic. de sen. V 14 (Annal. 442 V.) sic ut fortis equus, spatio qui saepe supremo uicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

27 Petron. 5 u. 15 hinc Romana manus circumfluat.

29 Lucret. I 136 Graiorum obscura reperta.

30 sq. Petron. 119 u. 31 sq. omniaque orbis praemia corruptis miles uagus esurit armis.

48 Horat. c. III 21, 11 prisci Catonis.

50 Vergil. A. VI 870 nimium uobis Romana propago uisa potens, superi.

56 Ouid. A. I 13, 7 somni pingues.

59 Horat. S. I 5, 53 Musa uelim memores.

69 Horat. Ep. I 6, 67:

· VIVE · VALE ·

II.

INDEX NOMINVM ET RERVM.

Obseruandum priorem numerum indicare paginam, posteriorem non paginae sed opusculi uersum; si tres numeri concurrant, medium atque Romanum breuiorum esse carminum, quorum plura saepe in una pagella leguntur.

III.

CONPARANTUR NUMERI EDITIONUM SOUCHAEI SCHENKELII NOSTRAE.

Souchay Epigrammata 1—146	Schenkl Epigrammata	Peiper XVIIII
1	1	26
2	3	27
3	4	28
4	5	31
5	6	29
6	7	30
7	[A. V 53]*)	[XXII 7]
8	8	2
9	2	25
10	9	3
11—21	10—20	32—42
22	[A. V 11]	[XXIII 11]
23	21	14
24—26	22—24	43—45
27	28	46
28	29	47
29	31	49
30	30	48
31—33	32—34	50—52
34	35	1
35	XVII 31	VI (Epit.) 32
36	26	54
37	25	53
38	27	55
39—41	36—38	56—58
42	52	64
43	[A. V 7]	[XXIII 7]

*) A = Appendix ed. Schenkelianae: uncinis spuria inclusi.

Bipont. et Souchay	Schenkl	Peiper
44	40	7
45	41	9
46	42	12
47	43	13
48	44	8
49	45	60
50	46	61
51	47	10
52	48	11
53. 54	49. 50	VI (Epit.) 29. 30 [ad 30 cf. XXIII 36]
55—60	53—58	65—70
61—63	[A. V 27—29]	[XXIII 29—31]
64—70	59—65	71—77
71	67	79
72	68	24
73	69	80
74	70	81
75	71	4
76	72	5
77—80	80—83	88—91
81—84	84—87	15—18 [ad 18 cf. XXIII 37]
85	[A. V 30]	[XXIII 32]
86—88	88—90	19—21
89	91	92
90	93	94
91	94	22
92	95	23
93—103	96—106	95—105
104. 105	[A. V 31. 32]	[XXIII 33. 34]
106	[A. V 8]	[XXIII 8]
107	[A. V 34]	[XXII 6]
108	107	106
109—114	108—113	107—112
115	[A. V 19]	[XXIII 19]
116	[A. V 16]	[XXIII 16]
117	[A. V 4]	[XXIII 4]
118	[A. V 2]	[XXIII 2]
119	39	59
120	66	178
121	[A. V 13]	[XXIII 13]
122	[A. V 20]	[XXIII 20]
123—128	74—79	82—87
129—130	[A. V 21. 22]	[XXIII 21 22. 23]

Bipont. et Souchay	Schenkl	Peiper
131	92	93
132	[A. V 5]	[XXIII 5]
133	[A. V 6]	[XXIII 6]
134	[A. V 14]	[XXIII 14]
135	[A. V 23]	[XXIII 24]
136	[A. V 15]	[XXIII 15]
137	[A. V 3]	[XXIII 3]
138	73	6
139	[A. V 24]	[XXIII 25]
140	[A. V 17]	[XXIII 17]
141	[A. V 25]	[XXIII 26]
142	[A. V 9]	[XXIII 9]
143	[A. V 10]	[XXIII 10]
144	[A. V 12]	[XXIII 12]
145	[A. V 18]	[XXIII 18]
146	114	II (Ephem.) 7
De fastis		
147	XXII 1	XV 1
148	— 2	— 2
149	— 4	— 4
150	— 3	— 3
Ephemeris 1—7	IIII	II
151	1	1
152	2	2
153	3	3
154	4	4
155	5	5
156	6	6
157	7	8
Parentalia 158—189	XV	IIII
Professores 190—216	XVI	V
Epitaphia 1—26: 217—243	XVII 1—27	VI 1—26
27 244	XVII 28	VI 27
28 245	epig. 51	epigr. 63
29 246	[A. V 26]	[XXIII 28]
30 247	[A. V 36]	[XXII 8]
31 248	XVII 29	VI 28
32 249	— 34	VI 35
33 250	— 35	epigr. 62
34 251	[A. V 33]	[XXIII 35]
35 252	XVII 32	VI 33
36 253	— 30	— 31

Bipont. et Souchay	Schenkl	Peiper
37 254	XXVII 33	VI 34
38 255	[A. V 1]	[XXIII 1]
Caesares 256—284	XXI	XIIII
Vrbes 285—298	XVIIII	XI
Ludus 299—308	XX	XIII
Sententiae VII Sapientium 309—316	[A. III]	[XXII 1]
Edyllia I—XX		
I. V. Paschales 317	VIIII	III 2
II. Epicedion 318—319	XI	III 4
III. de herediolo 320.	XII	III 1
IIII. Protrepticus 321—322	XIII	XVIII 22
V. Genethliacos 323	XIIII	XVIII 21
VI. Cupido 324—325	XXIIII	VIII
VII. Bissula 326—331	XXV	VIIII
VIII. VIIII. Precationes 332—333.	VI. VII.	III 5. 6
X. Mosella 334	XVIII 2	X
XI. Griphus 335—336	XXVI	XVI
XII. Technopaegnion 337—349	XXVII	XII
XIII. Cento 350—360	XXVIII	XVII
XIIII. De rosis 361	[A. II]	[XXII 2]
XV. Pythagoricon 362	XXVIIII	VII 2
XVI. Vir bonus 363.	XXX	VII 3
XVII. *Ναὶ καὶ οὔ* 364	XXXI	VII 4
XVIII. Hesiodion 365	XXXII	VII 5. 6
XVIIII. Herculis aerumnae 366.	XXXIII	VII 25
XX. Musarum nomina 367	[A. IIII]	[XXII 3]
Ecloga 1 368	XXXIIII	VII 7
2 369	XXXV	VII 8
3 370	*omissa*	[XXII 4]
4 371	V 8	VII 16
5 372	— 1	— 9
6. 7 373. 374	— 18. 19	— 27
8 375	— 11	— 19
9 376	— 2	— 10
10 377	— 3	— 11
11 378	— 5	— 13
12 379	— 4	— 12
13 380	— 6	— 14
14 381	— 7	— 15
15 382	— 9	— 17
16 383	— 17	— 26
17 384	— 10	— 18
18 385	— 16	— 24

Bipont. et Souchay		Schenkl	Peiper
19	386	V 12	VII 20
20	387	— 13	— 21
21	388	— 14	— 22
22	389	— 15	— 23
Epistulae I—XXV		Epistulae	XVIII
I	390	I	XVIIII
II	391	II	XX
III	392	III	XVIII
IIII	393	IIII	XIIII
V	394	V	XVI
VI	395	VI	XVII
VII	396	VII	XV
VIII	397	VIII	IIII
VIIII	398	VIIII	V
X	399	X	VI
XI	400	XI	VII
XII	401	XII	VIII
XIII	402	XIII }	VIIII. X
XIIII	403	XIIII }	
XV	404	XV	XI
XVI	405. 406	XVI	XII
XVII	407	XVII	II
XVIII	408	XVIII	XIII
XVIIII	409	XVIIII	XXIII
XX	410	XX	XXIIII
XXI	411—413	XXI	XXV
XXII	414—415	XXII	XXVI
XXIII	416	XXIII	XXVIII
XXIIII	417	XXV	XXVII
XXV	418	XXIIII	XXVIIII
Gratiarum actio	419	VIII	XX
Periochae	420—468	[A. I]	[XXI]
Praefatiunculae	469	II	I 4.
	470	III	I 1. 2.
	471	XXIII	VII 1.

Accedunt:

Epistula Theodosi ad Ausonium	I	I 3
Oratio uersibus rhopalicis	X	III 3
Pythagorica apophasis reprobatur	XXVIIII not.	VII 2B
Epistula Symmachi (de Mosella)	ante XVIII	post X

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA

RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FR. JACOBS ET VAL. CHR. FR. ROST.

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Bedeutend ermässigte Preise.

Erschienen sind bis jetzt:

	ℳ ₰
Aeschinis in Ctesiphontem oratio ed. *Weidner*	3. 60
Aeschyli Agamemno ed. *R. Enger*	3. 75
Aristophanis Nubes ed. *Teuffel.* Ed. II.	1. 20
Delectus epigramm. Graec. ed. *Jacobs.* [Vergriffen]	1. 80
Demosthenis concione ed. *H. Sauppe.* Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II.	1. —
Euripidis tragoediae ed. *Pflugk* et *Klotz.* Vol. I, II et III. Sect. I—III.	15. 15
Einzeln:	
Vol. I. Sect. 1. Medea. Ed. III.	1. 50
„ I. „ 2. Hecuba. Ed. III. ed. *Wecklein*	1. 20
„ I. „ 3. Andromacha. Ed. II.	1. 20
„ I. „ 4. Heraclidae. Ed. II	1. 20
„ II. „ 1. Helena. Ed. II.	1. 20
„ II. „ 2. Alcestis. Ed. II.	1. 20
„ II. „ 3. Hercules furens Ed. II. cur. *Wecklein*	1. 80
„ II. „ 4. Phoenissae. Ed. II. cur. *Wecklein*	2. 25
„ III. „ 1. Orestes	1. 20
„ III. „ 2. Iphigenia Taurica	1. 20
„ III. „ 3. Iphigenia quae est Aulide	1. 20
Hesiodi carmina ed. *Goettling* et *Flach.* Ed. III.	6. 60
Homeri Ilias ed. *Spitzner.* Sect. I—IV	4. 50
Einzeln:	
Sect. I. lib. 1—6	— 90
Sect. II. lib. 7—12	— 90
Sect. III. lib. 13—18	1. 35
Sect. IV. lib. 19—24	1. 35

	ℳ ₰
Lysiae et Aeschinis orationes selectae ed. *Bremi*	1. 50
Lysiae orationes selectae ed. *Bremi.* [Vergriffen.]	— 90
Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. *L. Dissen.* Ed. II. cur. *Schneidewin.* Vol. I.	3. 90
—— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) (à 1 ℳ 50 ₰.)	3. —
Platonis opera omnia ed. *Stallbaum* X voll. (21 Sectiones.)	
Einzeln:	
Vol. I. Sect. 1. Apologia Socratis et Crito. Ed. *Wohlrab*	2. 40
Vol. I. Sect. 2. Phaedo. Ed. V. cur. *Wohlrab*	2. 70
Vol. I. Sect. 3. Symposium c. ind. Ed. III. Vergr.	2. 25
Vol. II. Sect. 1. Gorgias. Ed. III	2. 40
Vol. II. Sect. 2. Protagoras c. ind Ed. IV. ed. *Kroschel*	2. 40
Vol. III. Politia sive de republica libri decem. 2 voll. Ed. II. [Vrgr.]	7. 50
Vol. III. Sect. 1. Politia lib. I—V	4. 20
Vol. III. Sect. 2. lib. VI—X	3. 30
Vol. IV. Sect. 1. Phaedrus. Ed. II	2. 40
Vol. IV. Sect. 2. Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II	2. 70
Vol. V. Sect. 1. Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II	2. 70
Vol. V. Sect. 2. Cratylus cum. ind.	2. 70
Vol. VI. Sect. 1. Euthydemus	2. 10
Vol. VI. Sect. 2. Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae, Hypparchus. Ed. II ed. *Fritzsche*	6. —
Vol. VII. Timaeus et Critias [Vergriffen.]	5. 40

RVFI FESTI AVIENI

ARATEA

EDIDIT

ALFREDVS BREYSIG.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

IOACHIMO MARQVARDT

PIETATIS ERGO

PRAEFATIO.

Rufius Festus Auienus, is qui Phaenomena Arati in Latinum conuertit, uidetur idem esse, qui fecit epigramma de se ad deam Nortiam.*) is cum uersu quinto illius epigrammatis de multis carminibus suis praedicet, diuersus esse uix potest ab eo, qui cum alia carmina minora composuit (cf. Wernsdorf. poet. Lat. min. V 3 p. 1296 sqq.), tum et Arati Phaenomena et Dionysii Periegesin Latine reddidit et de ora maritima uersus plus uno libro complexus est, denique totum Vergilium, ut ait Seruius ad Aen. X 388, et Liuium iambis scripsit (cf. Wernsdorf. eodem libro IV 2 p. 553 V 2 p. 652). eiusdem hominis cognomen, etsi in epigrammatis inscriptione deest, in illo ipso non desi-

---

*) C. I. L. VI P. I n. 537 p. 103:

I. R(ufius) Festus v(ir) c(larissimus) de se ad deam Norti[am].
Festus, Musoni suboles prolesque Avieni,
unde tui latices traxerunt, Caesia, nomen,
Nortia, te veneror, Lari cretus Vulsiniensi,
Romam habitans, gemino proconsulis auctus honor[e],
carmina multa serens, vitam insons, integer aev(u)m,
coniugio laetus Placidae numeroque frequenti
natorum exultans. vivax sit spiritus ollis!
cetera composita fatorum lege trahentur.

II. sancto patri filius Placidus.
Ibis in optatas sedes: nam Iuppiter aethram
pandit, Feste, tibi, candidus ut venias.
iamq(ue) venis. tendit dextras chorus inde deorum
et toto tibi iam plauditur ecce polo.

deratur. nam quae primo uersu posita sunt uerba prolesque Auieni illud tecte, sed satis indicare uidentur. et ipsa illa suboles prolesque ad u. 370 Arateorum spectare atque, cum epigrammatis uersu septimo ollis scriptum esset, ea antiqua pronominis figura Auienum saepenumero usum esse recte monuit Wernsdorfius eiusdem libri uolumine V 2 p. 621 sqq. idem primis uersibus, quos sancto patri filius Placidus inscripsit, Arateorum principium designari uere iudicauit (V 2 p. 623). neque igitur Jacobo Sponio (cf. Wernsdorf. V 2 p. 623 et Boeckh. ad C. I. Gr. n. 372 p. 436) aliisque uiris doctis (cf. Mommsen. ad epigramma, quod supra attuli), Aratea ad patrem eius qui epigramma fecit referenda esse censentibus adsentiri possum. quodsi in titulo Graeco (cf. C. I. Gr. n. 372 = C. I. A. I n. 635), quo Athenienses *ἀνθύπατον τῆς Ἑλλάδος Ῥούφιον Φῆστον* honorauerunt, cognomen non additum est, haud scio an ibi Arateorum scriptor non indicetur. quae cum ita sint, etiam dubitari debet, utrum illi Rufius praenomen fuerit an Rufus. nam qui ei Rufium praenomen tribuerunt, illo titulo nituntur (cf. Wernsdorf. V 2 p. 623 sq. Mommsen, Herm. XVI p. 605 adn. 1 et 2). contorta res est et difficilis, ad quam expediendam ne codices quidem multum ualent. nam cum liber Ambrosianus habeat Ruffi, RVFFI forsitan factum sit ex RVFII. RVFII autem profectum uidetur a RVFI, quod in archetypo fuisse praeter Gudianum liber Vindobonensis et editio antiquissima testantur.

Fuit autem Auienus aetate Hieronymi, qui ('c. a. 387' cf. Mommsen. ad C. I. L. VI P. I n. 537) Aratum ab illo nuper in Latinum sermonem translatum esse in epist. ad Tit. libr. c. 1 scribit. cui poemati Auienum indicem fecisse Arati, harum rerum existimatoribus probasse mihi uideor in programmate Erfurtensi a. 1882 p. III sq.

Iam uero ad edendum Auieni Aratum duos adhibui libros manu scriptos, quorum unus est Vindobonensis, Mediolanensis alter. ac liber Vindobonensis est membranaceus, saeculi decimi, forma maxima, numero CXI apud Endlicherum, catalog. cod. philol. Latin. p. 54. scripturis quidem usus sum eis, quas olim habuit Mauricius Haupt. collatae sunt cum exemplo editionis Sanctandreanae et in eo ipso notatae. codicem ipsum uersu 1580 finiri constat. praeterea desunt u. 324, 713, 1013, 1014, 1409. cum alii sunt mutili, tum u. 270 et 570 et qui iam in prog. Erf. afferendus fuit 1079; unus u. 675 etiam caesura eget.
A Mediolanensis autem est ex libris Ambrosianis, papyraceus, saeculi quinti decimi, secunda forma minore (2° min.) is olim fuit Bonini Mombritii. collatus est a Gustavo Loewe, cui facere non possum quin hoc quoque loco gratias agam ex animi sententia. hoc libro primum continentur Auieni Aratea usque ad uersum 1322. leguntur post undecim duodecimue linearum spatium uacuum u. 1335 usque ad u. 1581 et u. 1750 cum reliquis, quibus subscriptum est: *Ruffi Festi Aratus explicit. Incipit eiusdem orbis terrę.* quam quidem descriptionem orbis terrae excipiunt Arateorum uersus antea omissi, 1582 usque ad u. 1749. in eodem uolumine praeter haec duo Auieni poemata inueniuntur Germanici Aratea cum uita Arati et Arateorum Ciceronis reliquiae (cf. Hermes XV p. 180 n. 50). sed in Arato Auieni desiderantur u. 324, 624, 625, 713, 1013, 1014, 1300, 1323 usque ad u. 1334, 1409, 1743. ad quinquaginta uersus mutilati sunt, in quibus u. 270 et 570 et 1079. uersus autem 675 habet *fuge*[b] *sollers*[a]. cum uero liber Ambrosianus sit recentissimus neque de archetypo ipso descriptus esse possit, iure dubitandum est, an mutatus ille ordo uerborum archetypo non debeatur. atque in

eo libro complures loci corrupti crucibus insigniti sunt; saepe etiam in margine quaedam notata sunt uelut ad u. 700: delphis non delphin.

L Ac ne illos quidem uersus Auieni perlustrare neglexi qui inueniuntur in Germanici codice Leidensi, qui signatur Vossianus Latinus Q. 79, cf. Germanici Aratea p. VII et progr. Erf. p. VII.

Et Gudiani libri Guelferbytanorum, qui est numero 132, inscriptionem attuli (cf. Hermes XI p. 251 n. 11).

e Ex editionibus quidem, quas fere omnes inspicere mihi licuit, ea, quam primam Georgius Valla Placentinus anno MCCCCLXXXVIII Venetiis parauit, media est inter codices et reliquos libros typis expressos, ut libri manu scripti fere instar sit. etenim in ea Auieni aliorumque poematis praescripta sunt haec:

Hic codex auienii cõtinet epigrãma. eiuſdẽ arati phænomena geographiã carmine heroico: & oras maritimas trimetro iambico: germanici quoq;: & marci tulii arati fragmenta: & Sereni uerſus de uariis curandis morbis.

In quibus, nisi omnia me fallunt, conspicua est uetusti exemplaris effigies. Georgium autem Vallam, id quod primus uidit Mauricius Haupt (cf. Hermes IV p. 331), ea quae uetus exemplar ei praebuerat satis accurate repetiisse, ipsa scripturarum natura comprobatur. iam haec editio inter omnes eo excellit, quod Aratea praebet plena neque ullum uersum omittit. quo factum est, ut ex omnibus una u. 1479 seruatum traderet. neque eo setius praeter alios uersus sunt mutili 270, 570, 1079 et u. 675 requiritur caesura.

Haud ita multo post anno MID Aldus Manutius Romanus Arati phaenomena 'Ruffo Festo Auienio paraphraſte' una cum Iulii Firmici Astronomicis aliisque libris, qui ad astrologiam pertinent, Venetiis in lucem edidit. quo libro omnes uersus praeter u. 1479 continentur. in eodem sunt mutili u. 270, 570, 1079 et

u. 675 expers caesurae est. in reliquis tamen rebus prorsus alia est condicio libri Aldini. neque enim dubitari debet, quin ille emendatorum manus expertus sit (cf. Hermes XII p. 155 n. 22 p. 157 n. 25 et progr. Erf. p. VI sq.).

Etiam emendatiora uerba poetae reddidisse sibi uisus est Ioachimus Perionius, qui 'Vergilii, Germanici Caesaris et Rufi Auieni carmina, iis respondentia Arati, quae a Cicerone conuersa interciderunt' anno MDXXXX Parisiis emittenda curauit. cuius lectiones cum ab Aldinis saepe discedant, tum aliquotiens concrepant cum codice Ambrosiano, uelut u. 1664 et in hoc libro et apud Perionium est *saeuus*. neque tamen ille multum perfecit. melius autem Auieno consuluit Guilelmus Morelius, qui anno MDLVIIII primum Auieni Aratum cum Arato ipso Parisiis excudit. eius uestigiis institit Theodorus Graminaeus, cuius liber anno MDLXVIIII
v Coloniae prodiit (cf. Buhle, Arat. I p. XXII). Manutii autem et Morelii opera quae in Arateis erant mutata, ea fere omnia ab omnibus, quae postea illa ediderunt, sunt recepta. sic uulgata quaedam poematis memoria, cum illorum uirorum studiis orta esset, usque ad hanc aetatem propagata est. a qua qui anno MDLXXXVIIII editionem Sanctandreanam exornauit, iam non abhorret. ne Grotius quidem aliud fundamentum poematis emendandi ponere studuit. quamquam homo ille ingeniosus 'uix sextam egressus trieterida' Auienum Syntagmati suo, quod anno MDC Lugduni Batauorum foras dedit, adiunctum adeo ornauit atque expoliuit, ut qui post illum Arateis operam nauabant quae Grotius emendauerat repetiisse satis haberent. id fecerunt Petrus Melian (a. MDCXXXIV), Ioannes Buhle (a. MDCCCI), F. C. Matthiae (a. MDCCCXVII), quorum de editionibus nuper disseruimus (cf. progr. Erf. p. VIII). at multo plus ualuerunt ad Auienum restituendum Nicolai Heinsii emendationes, quae Syntagmati Grotiano ad-

iectae in bibliotheca Regia uniuersitatis litterariae Gottingensis adseruantur, et Ioannis Schraderi commentarius Berolinensis (cf. Hermes XV p. 183 n. 54) et Ioannis Schaubachii Aratea Lipsiensia (cf. Germanici Aratea p. XXIX et progr. Erf. p. VIII).

Ac de librorum manu scriptorum et editionum Venetarum auctoritate et cognatione sic iudico: saeculo nono aut decimo archetypi Arateorum fuisse apographon, in quo et uersus illi tres 270, 570, 1079 essent mutili et u. 675 desideraretur caesura. quibus mendis cum Vindobonensis et praeter caesuram u. 675 Ambrosianus atque editiones Venetae pariter laborent, libros nostros omnes ab illo apographo profectos esse necesse est. ex quo descripta esse suspicor duo exempla, quorum unum fuit plenum, alterum mutilatum. ex illo natae sunt Georgii Vallae et Aldi Manutii editiones, ex hoc libri manu exarati. iam uero et Ambrosianus a Vindobonensi et Aldina a priore editione tantum distat, ut inter exempla illa, ex quibus manauerunt, et libros ipsos alia exempla quasi gradus non possint non interiecta fuisse (cf. progr. Erf. p. VII). Vindobonensium autem libro, quippe qui propter aetatem et scripturarum praestantiam ad similitudinem archetypi accedat, imprimis fides habenda eiusque sequenda auctoritas est. Ambrosianum tamen ex recentiore exemplo deductum esse lectiones ipsae testantus, uelut Iupiter succus atque auctumnus genitrix humerus haud connitor (cf. progr. Erf. p. V). atqui cum editionum Venetarum similis ratio sit, priori plus tribuendum est quam posteriori.

His igitur adiumentis ita usus sum, ut omnibus fere scripturis, quae ad orthographiam pertinent, omissis imprimis librorum manu scriptorum discrepantiam gravissimam notarem, editionum autem raro rationem haberem, nisi quod initio Georgii Vallae lectiones attuli plures quam postea. et siquid in Aldina uel in

qua alia editione recentiore memoria dignum mihi uisum erat, uulgatae lectionis signo (*v*) notaui. et cruces illas codicis Ambrosiani omittendas statui, praeterquam quod eas exempli causa u. 1099 et 1292 reliqui, neque ea, quae in eodem libro inter lineas adnotata sunt, prorsus neglexi, uelut quod u. 352 supra propter scriptum est, ubi ·i· significat id est (cf. Wattenbach, Anleitung z. latein. Paläogr. p. 25). nec omnibus locis una cum lectionibus a librariis ipsis emendatis eas adnotaui, quas illi antea posuerant. iam scripturas quasdam, quas leuiter mutatas recepi, sine ullo signo uncis inclusas addidi cf. u. 128. 183 alibi. quod ad res orthographicas attinet, omnibus locis, ut antea (cf. progr. Erf. p. VIII), sollertem et adque scripsi; in ceteris rebus, ubi certa ratio reperiri non potuerat, inconstantiam et consuetudinem libri Vindobonensis secutus sum. cum uero grauissimas tantum codicum lectiones afferre statuerim, in codice Ambrosiano flama et flamiger scriptum esse hoc loco monuisse satis est. etiam inde a u. 1581 pro succi genitrix similibus tacitus posui suci genetrix alia. inuitus tamen omisi haec:

139 ciscum flexo *A* 213 Neptūnique *A* 510 aut *V* haud *A* 826 piscem *correxit V* 843 circumuoluultur *V* 909 ne quas *A* 915 caelula *V* 941 aut *V* 976 credit *V* 1093 consorē *A* 1106 conditus *A* 1723 sintillas *A*.

Sed quo facilius pateat, quanta intercedat differentia inter uulgatas lectiones et nostras, has quauis rerum orthographicarum dissensione neglecta cum editione, quam F. C. Matthiae parauit, ita contulimus, ut lectionibus illius nostras adderemus. sunt enim hae:

1 inceptor | incentor 2 excelsam | et celsam 13 mundi primigeni | mentis primigenae 15 foedus | fetus 17 supremum | secundum 20 actor | auctor 21 pastor sacer | factus pater 22 perrumpit | perrupit 27 pater |

pariter 30 rapida inclinatio coeli | pigra inclinatio nodi 36 Nec defit | ne desit 38 arvis | auris 45 aethereos | aeternos 58 cum tempore | cur tempora 59 dimenso | demenso 66 superaret et | raperetur et 80 nam | pars || carent | caret 82 luce | in luce 88 ipse manens | usque manet 93 Terminus | Nec minus 101 subjicit | subrigat 132 in fidem | infidum 133 certo | toto || huic | haut 134 remorata | molita 135 ac | aut 136 Sed quia | denique 141 ubi | ut 145 caudae | cauda 148 ab ore | ob ora 157 demittitur | dimittitur 161 summa | summae 164 astris | astri 171 ortus | orbis 177 indomiti | inmodici 186 insedisse | insidisse 187 aethra | aethrae 188 inclutus | inditus 201 stridet | stridit 223 gnati | gnato 250 Heic | haec || minitatio | metatio 254 rutilat | rutilet 255 torquet et | torqueat 256 in occiduis | inocciduis 266 flammam | flammantur 267 lucis | lori 268 diducunt | deducunt || qua | *fax* 269 rutilo | reliquo 270 sacer adscribitur illic | sacer *hic* adscribitur illinc 278 ex | et || parente | parente's 286 tu | quae 288 polo | pilae || lubrica | lubricum 302 promiscua rura || promiscaque iura 313 jus fecerat | susceperat 325 crepera | crepula 344 indomitus | inmodicus 346 succum | fucum 347 externo | extremo 357 utrumque | utrimque 358 clare | claram || Arcto | arcton 360 ab ore | ob ora 361 fere | ferae 371 patrio | proprio 402 oceanum | cyaneum 414 at | ut 425 tum | non 431 oceano | Oceani 435 Boream | borean 437 cornuque | cornumque 441 Iasidem | Iasiden 443 Tergum | tergo 445 tantum hinc | tantum 446 extremo | extrema 447 luminis | mominis 453 Absunt | adstat 454 lucida | lurida || aegrae | aegre 455 Sic | uix 471 succingitur | suppingitur 473 cornu | coni 474 abscisso | absciso 475 renectit | retentat 489 Namque | hunc 508 Tunc | Tum 510 ablapsu | ab lapsu 517 nullumque | nulloque 522 remotus | locatus 528 est |

in ‖ utrimque | utrumque 530 geminum suprema jugum | gemini suprema iugi 536 istic | istaec 540 ductus | ductos 541 Dercia | Derceti 563 Threici | Thraeci 570 connexas. Lentae | conexas *omnis* lentae 575 coeliger | caelifer 576 septem memorat | septem has memorat 582 Deo | dei ‖ Mynthes | Minthes 591 discretum | discretim 592 germanosque choros | germanoque choro 594 effigie | effigiem 595 istos | istac 597 sub pingui | suppingi 598 tua Sisyphe | Sisypheia 599 scaevo | saeuo 612 aestus | aestas 618 qua | quam 624 nam | iam 628 tegeret | tegerent 630 qua | qui 631 At | ac ‖ porro | ponto 633 ore | ora 636 pennis | pinnis 659 pigra | pigrae 662 nota | rota 664 tunc sunt | tum freta 666 phocae | focis 668 reagunt | cogunt 675 fuge sollers | sollers fuge 686 boream | borean 694 armiger | arbiter 703 arduos | arduus 707 hirsutum | auritum 721 suscipit | suspicit 723 dimittit | demittit 732 cyanea | coeanea 743 qua | quae 744 fulgent rutila ut quae plurima longo | fuluo rutilant quae plurima longi 745 lateri | lateris 758 sollenni | solemne ‖ monstrat more | rostro mouet 761 remulco | remulsi 776 multi | multum 777 suorum | duorum 780 est | et ‖ manans | manat 789 Disdata | didita 793 ulnis | alnis 798 larga | unda 803 hic | ut 804 hic | huc 812 nulla | nulli ‖ forma | formae 813 hae | haec 819 ne spectanda | † nec expectanda 836 hae | haec 838 uni | alii 840 lato | late ‖ igni | ignis 841 Stellae quoque | quin stellae 852 imbrifer | umbrifer 856 producere | procedere 871 fulguris | fulgoris 875 decedat | discedat 881 superstantem | super stantem 884 se tendunt | sunt tantum 890 degerat | egerat 896 etiam | et eam 912 tam | nam 916 subiecti | subrecti 945 vocatur | notatur 959 perstringuntur | praestringuntur ‖ perstringitur | praestringitur 963 superimminet | super imminet 965 ac | at 967 alius | alium 968 media |

medio || orbem | orbe 969 recludens | secludens 973 pulsusque | pulsuque 977 axe | axem 978 in occiduo | inocciduum 988 meta | metae || cursu | curru 991 creperi | crepuli 993 in cani speciem | cani specie 1010 Hippocrenes | Hippucrenae 1011 recto | recte 1014 aliis | alii || at | et 1025 sint | sunt 1028 lapsis | lapsus 1034 spatium | spatio 1056 supereminet | super eminet 1066 ipse | ipsa 1067 non surgent | cum surgunt 1068 praetentaque | praetextaque 1071 qui circumplectitur | qua circum amplectitur 1075 aëre fluctus | aera fluctu 1076 aestus | aestu 1094 almi | omnis 1099 illius concedit sideris ortu | nullo reses ortum uiscere profert 1105 extulerunt | extulerant 1106 pennis | pinnis 1107 in se ipse | crure 1118 pennarum | pinnarum 1122 salsae juba tota | salso iuba rore 1125 producens | protelans 1128 flagrantes | flagratas 1133 succedit | succendit 1140 vaga | uada 1153 oceano | Oceani 1158 superinuehit | super inuehit 1163 profundum | profundo 1165 undique | undas 1166 patulus | patulas 1171 o | est 1173 neque obduri compegi | nefas duri conpegit 1176 tabuerunt | caluerunt 1178 Tenet | tene 1189 male mali | mali 1190 contermina | conmercia 1195 ferebant | uehebant 1197 ingerit | inserit 1202 in occiduum | inocciduum 1205 solaque et | solio 1221 agit. At | agitat 1222 altera | aequora 1223 tunc | tum 1226 Sagittiferi | sagittigeri 1243 quae | qua 1246 sidera | uiscera 1250 superattrahit | super attrahit 1251 tingit | tangit 1261 Sed | Et 1269 salum | solum 1282 rursum | sursum || edunt | edent 1283 Phrixei et | Phrixei 1292 super ulla | reses ullo 1293 viscera | uiscere || neque | noua 1298 evadunt. Tum | exsuperant cum 1303 Bootem | Booten 1313 membra | tamen 1314 Quidni | quid nunc 1319 explicare notis | explorare notos 1326 primo | primum 1331 primo | primum 1333 cedat | caedat || forma | formam

1340 ignem | ignis 1350 jugales | iuuencos 1352 At | Ac 1357 non | nunc 1370 Cecropia | Cecropea 1371 inseditque | inseuitque 1372 inventam | inuentum 1373 Sed | et 1377 Hoc ex fonte velut | Hic est fons unde et 1378 quo | quom 1379 aequora | et quom ‖ paranti | parenti 1387 rabidis | rapidis 1409 immadidum | inmadidi 1410 fundit | fudit 1413 Multaque materia est | uuida materies 1424 eductum fervoris at objice mundus | et ductum feruentis ab obice mundi 1426 agris | agri 1429 aethrae | aethram 1430 superna furor illisos fulguris | superne furens inlisio fulgoris 1431 rutilis | rutili 1436 jugales | iuuencos 1437 deorsum | deorum 1440 telluris | telluri 1461 praetendat | protendat 1465 protollens | protollat ‖ currus | cursus 1466 sit | sic 1467 tum | se 1468 supinatum diducat lumen | supinato diducat lumine 1471 coruscos | coruscis 1475 boream | borean 1479 deest | si luna alta tuens docet inclinarier alta 1482 subrigit | subrigat 1484 ora | oras 1493 fissa | fessa 1494 induerit | induit ac 1505 Phoebae | Phoebe 1509 axi compactum | axe adamanteo 1510 alta | altum 1515 obnitet | optinet 1517 imbrifer | umbrifer ‖ Has super | his super 1518 Solis | Soli 1530 orbis | orbem 1565 atra | ora 1566 orbem | orbe 1567 facem | faciem 1576 induat | inbuat 1577 pro tractu | protractu 1578 labentem | labenti 1579 retro | taetro 1582 praecurrit | percurrit 1583 flumina | flamina 1590 nebulose | nebuloso 1591 haecque | hicque 1593 Sic | hic 1605 alta | adque 1620 ferat | serat 1623 ac in lapsu | et inlapsum 1625 sine | et 1644 seruarunt | seruarint 1659 aërii | aeriis 1669 ingens | saeuus 1681 convertit | cum uertit 1685 nebulam | nebulas 1696 repetunt | repetant 1707 totis | latis 1708 madebunt | natabunt 1709 relinquens | relinquet 1712 Redditur | sedibus 1724 trahit | ciet 1726 vartice | uertice 1731 crassa | clara 1733 et |

ac 1734 referat | referant 1745 pennis | pinnis 1755 signa | dura 1759 aethrae | aethra 1765 trepidus | trepide 1766 ad | ob 1805 *nondum* | *primum* 1815 Namque | nam quae 1824 altam | altas 1825 ventis | uenas 1827 hos | has 1829 modicum | modico || agmen | agmina 1838 laetius | latius 1857 commonstrant | cum stridunt 1859 Portendit | portendunt || praesentia multam | praesentiat ultro 1860 omina | omnia 1871 ea | et 1877 perquire | perquires. Huc accedit quod sedes duorum uersuum (357 et 447) mutaui.

Proximum est, ut de eis locis dicam, in quibus ea, quae libri manu exarati praebent, aut tuenda aut mutanda esse existimauerim neque antea de illis disseruerim. ac primum quidem u. 66 ea, quae *VA* tradiderunt, seruanda esse neque pro raperetur et cum Grotio superaret et aut cum R. Ungero, Subsiciuor. p. 7 sq., repararet et scribendum esse arbitror. musam enim Arateam, incolam Tauri (cf. Scaliger. ad Manil. I 402) ad agros Cecropios et Aonas festinasse Auienus dicit. liberiorem autem casus accusandi usum (cf. F. Haase, Vorlesungen über latein. Sprachwissenschaft II p. 81 sq. ed. H. Peter) fulcit Tacitus, cum ductum inde Congos exercitum annalium libro XII 32 dicit. similiter et ipse Auienus Vergilium, ut solet, imitans Herculem Hesperidum uenisse locos u. 180 dixit.

Iam caue credas Luciano Mueller (nou. mus. Rhen. XVII p. 184) u. 127 pro inmerso cum iam Titanius orbe scribenti *emenso* cum iam Titanius orbe. orbis enim ille est solis, quo inmerso i. e. in mare reuecto caelum rubescere et crepusculum oriri solet, id quod tremulo rubore a poeta significanter indicatum esse uix negaueris.

Ac quamquam u. 373 Lacedaemonius, quod ita habet Germanici codex Bernensis n. 88 (cf. German. Arat. p. XVII sq.), ut scriptum sit lache demonius,

haud parum arridet, tamen quod Auieni libri praebent praeferendum esse censeo. nam Lacedaemoniis uidetur esse casus tertius, ut eam uocem auctore Grotio cum Aphidnis coniungi necesse non sit.

Iam uero illi, qui u. 582 sex solas e Pleiadum numero cerni carmine adserit, nomen est Minthes, quod recte praebet *V*, non Mynthes, quod scriptum est in *A*, aut Amyntas aut Smintheus, quorum nominum illud N. Heinsius, hoc I. Schaubachius sibi excogitauit. Minthen autem esse eundem, qui Sminthes esset, iam ab aliis intellectum est cf. C. Robert, Eratosthen. cataster. reliq. p. 28 sq.

Venio ad eos locos, quos mutandos esse ipse sentio. etsi in producta syllaba priore uocabuli statim, postquam ea de re disputauit Fridericus Ritschelius in eo libello, qui inscribitur de fictilibus litteratis Latinis antiquissimis (Opusc. IV p. 274 sqq.), offendi non debet, tamen u. 398 corruptum esse existimo. nam in hoc uersu mouet me unum illud, quod statim unius editionis Aldinae auctoritate probatum habemus; in libris autem manu scriptis et in editione principe scriptum est statio mergite. quod cum uerum esse nequeat, haesito an cum N. Heinsio scribendum sit:

tum succisa Ceres strati cum mergite culmi
construitur.

Quid uero sibi uelit u. 819, non intellego. nam poeta, quoniam stellas illas inter cetum et gubernaculum nauis sub lepore positas et formae nominisque expertes simili luce esse et pari modo ac pariter oriri et occidere exposuit, addit haec, quae ita sunt in *VA*:

nec expectanda forent ponto quod sola carerent.

quodsi illa, quae ab Auieno tradita esse modo dixi, reputauimus, haud scio an suspicemur, eum u. 819 dicere uoluisse, cum res ita se haberet, illas stellas dignas fore, quae spectarentur et obseruarentur, nisi forma certa carerent. ex eis autem, quae nobis tra-

dita sunt, hanc sententiam aegre elicias. nam et priora illa nec expectanda corrupta esse manifestum est et quae secuntur, si modo recte tradita sunt, explanari non possunt. ac ne ab Arato quidem huius loci ulla petenda salus est. cuius ex uersu 382 uerba: *καὶ οὐκέτι νῦν ὑπὸ θαύματι τέλλεται ἀστήρ* Grotius (ad Phaenom. Arati p. 9) eo spectare censuit. Auienum enim, quod apud Aratum u. 382 scriptum inuenisset, id non ad eas stellas, quae antea nominatae essent, retulisse, sed ad *ἀνωνύμους* illas, quarum postea u. 391 Aratus mentionem fecisset. itaque ille ineuntem uersum Auieni ita emendare sibi uisus est, ut scriberet: Ne spectanda forent, cum in reliquis uerbis non offenderet. qua coniectura quid perfecerit, me non uidere fateor. nec Cicero aut Germanicus huic loco salutem afferunt (cf. Ciceronis Aratea 164 sqq. Germanic. 375 sqq.). quid? quod fieri non potest, ut Auienus illas stellas ponto carere i. e. non occidere dixerit. accedit quod illas solas ponto carere censet. quod si tradidisset, sibi ipse non constaret, cum u. 115 ursas esse 'nescia signa salis nocturnique inscia casus' auctore Arato suo diserte docuisset. itaque ne alteram quidem uersus partem sanam esse patet. quod sensit Schraderus, cuius commentarius haec praebet nouata: mundo ceu sola laterent. quae cum audacius quam uerius dicta esse uideam, idem uereor ne in me cadat, qui haec proponere ausim:

haec spectanda forent, forma nisi cuncta carerent.

siquidem quod Auienus uoluerat cogitatione assecutus sum, id hoc uersu contineri certum est.

Leniore medicina eget u. 1014. ibi enim scripsi: desuper obliquo est *alii*, secutus uestigia Georgii Vallae, qui habet aluuia. in reliquis autem editionibus scriptum est aliis uia. nam in libris *VA* hic uersus desideratur. obliquam igitur uiam uel meatum esse alii circulo i. e. signifero Auienus docet.

Haec habui, quae dicenda putarem de locis aut tuendis aut mutandis. quibus unum hoc addo, iam et u. 767 demittit esse apud Matthiaeum et u. 1696 quod ipse inueneram (cf. progr. Erf. p. XII) occupatum esse a Nicolao Heinsio.

Restat ut eis, qui haec studia in Auieno collocata adiuuerunt, gratias agam debitas. in his praeter Gustauum Loewe et Guilelmum Du Rieu nominandi sunt humanissimi illi bibliothecarum praefecti Otto de Heinemann Guelferbytanus, Ludolfus Krehl Lipsiensis, Riccardus Lepsius Berolinensis, Ioachimus Marquardt Gothanus, Hermannus Weissenborn Erfurtensis, Augustus Wilmanns Gottingensis.

Scr. Erfurti kal. Septembr. a. MDCCCLXXXII.

RVFI FESTI ARATVS.

Carminis incentor mihi Iuppiter! auspice terras
linquo Ioue et celsam reserat dux Iuppiter aethram.
imus in astra Iouis monitu, Iouis omine caelum
et Iouis imperio mortalibus aethera pando.
Hic statio, hic sedes primi patris. iste paterni
principium motus, uis fulminis iste corusci,
uita elementorum, mundi calor, aetheris ignis
astrorumque uigor, perpes substantia lucis
et numerus celsi modulaminis. hic tener aer
materiaeque grauis concretio, sucus ab alto
corporibus caelo, cunctarum alimonia rerum,
flos et flamma animae. qui discurrente meatu
mentis primigenae penetralia dura resoluens

